Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

William Cave

Tabulae, quibus Doctores Et Scriptores Ecclesiastici : Eorumque patria, ordo, aetas & obitus en synopsei a tempore ensarkoseos F. D. & Anno Epochae Christianorum Primo, ad A. C. 1519 & imperium Caroli V. Imp. exhibentur

Edito prima, prodiit Londini, A. C. 1674, Haec secunda Hamburgi ..., Hamburgi: Hamburgi: Wolf: Typis Piperianis, 1676

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn769151086

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn769151086/phys_0001
DFG

72. a. 1.

T. c. 6. d. 1–4.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn769151086/phys_0002
DFG

Ex donatione Willebrandiana.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn769151086/phys_0003
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn769151086/phys_0004
DFG

TABULÆ,

quibus

DOCTORES ET SCRIPTORES ECCLESIASTICI,

Eorumque patria, ordo, ætas & obitus, συνόψει, à tempore συναρχώσεως F.D. & Anno Epochæ Christianorum Primo, ad A. C. 1519. & imperium Caroli V. Imp.

exhibentur:

studio & labore GUILIELMI CAVE, S.T.D.

Operis rationem lector in calce inveniet.

Editio prima, prodiit Londini, A. C. 1674. Hæc secunda Hamburgi, accommodata usui Studiosorum Gymnasii Hamburgensis, A. C. 1676.

HAMBURGI,

Sumptibus WOLFFIANIS.

Typis

PIPERIANIS.

Universitäts Bibliothek Rostock

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn769151086/phys_0005

DFG

Nobilißimo Amplißimo & Conſultißimo

VIRO

DN. DIEDERICO MÖLLERO,

U. J. L. ET R. P. PATRIÆ SENATORI GRAVISSIMO,

Fautori honoratißimo, plurimumque colendo:

S. D.

R. CAPELLUS, S. Th. D. P. P. & h. a. G. R.

DOctorum priſcæ Eccleſiæ, aliorumque Scriptorum Eccleſiaſticorum ſub N. F. à primo Ἐνσαρκώσεως Λόγε anno, ad noſtra uſque tempora, accuratam notitiam, orthodoxi Theologiæ & Hiſtoriarum Studioſi, ſibi comparare ſolent,

VIR NOBILISSIME,

tam propter Scripturæ Sacræ explicationem, quam Hiſtoriæ quoque, potiſſimum tamen Eccleſiaſticæ, ſolidam cognitionem. Neque enim nos Lutherani, quæ quorundam, inter Pontificios calumnia eſt, Dd. Eccleſiæ Græcorum & Latinorum, aliorumque Scriptorum Eccleſiaſticorum monumenta, rejicimus aut contemnimus: ſed potius Dei noſtri propitii, dona ſingularia & diverſa, in iis agnoſcimus & miramur: ita tamen, ut omnia illorum ſcripta, ad normam Verbi Divini, fallere neſcii, fideliter exigamus & diligenter: perſuaſi homines eos fuiſſe, inque doctrinâ & vitâ, impingere potuiſſe & labi, & lapſos eſſe ſæpius: neque ignari, unicum hoc Bibliorum privilegium eſſe: *non errare & labi, neque poſſe errare & labi.* Sed ut hæc, nunc quidem, miſſa faciam, de aliis potiſſimum ſollicitus, quæ ad Hiſtoriarum Profeſſorem pertinent: video faciles eſſe lapſus, circà Scriptores Eccleſiaſticos, neque paucos, aut ab indoctis tantum commiſſos errores, deprehendo quandoque & miror: detegere etiam, ſed ſine bile, ſoleo. Quidam enim, dum Scriptores Eccleſiaſticos minus accuratè diſtinguunt, prænomina & ipſa illorum nomina, patriamque & ſedem, cum cognominibus & agnominibus, obſervant parum: ideoque ab homine hominem, & ſcriptum à ſcripto, negligenter ſeparant: hypobolimæa quædam & pſeudepigrapha, cum genuinis

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn769151086/phys_0006
DFG

nuinis & rectè inscriptis confundentes: quia autorum & librorum Κριτήρια & circumstantias vilipendunt. Quomodo, quæso, illi possunt in hoc scriptorum luco, tutò progredi & feliciter? Id videns, Theologiæ & Historiarum Studiosis, meisque in primis discipulis, autor extiti, ut (1.) *Chemnicii nostri C. T. oppositum opus incomparabile*, cum (2.) *patrologiâ Gerhardi*, posthumo quidem & imperfecto, utili tamen opusculo, (3.) *Chamieri* quoque *panstratiâ*, (4.) *Coci censurâ Scriptorum Ecclesiasticorum quæ à Pontificiis citantur*, Londini A. C. 1623. editâ, (5.) *Iacobi Laurentii, subdolâ erga sanctos Patres Ecclesiæ nunc Rom. reverentia, eique opposita legitimâ, quæ Sᵃ Sᵉ, quæque Patribus & illorum scriptis debetur, autoritate, honore, reverentiâ.* Lugduni in Batavis A. C. 1624. excusa, (6.) *Riveti Critico Sacro*, (7.) *Hottingeri de abusu Patrum dissertatione*, aliisque, conjunctum, præcognoscerent: neque facilè, sine hac protheoriâ, incumberent tot spissis & sinuosis, Veterum Ecclesiasticorum Scriptorum voluminibus. *Erasmus* quoque *Roterodamus*, aliique post illum viri docti, qui hæc monumenta, censuerunt, examinârunt, ediderunt: legitima ab illegitimis, non infelici sæpe successu, distinguere conati sunt. Quid, quod *Roberto Bellarmino Cardinali*, & *Philippo Labbeo Iesuitis*, *Baronio* quoque *Possevino*, *Turriano*, aliisque, sua luce radians, & solis instar latere nescia, nuda & fortis veritas, quandoque, grata nobis extorserit testimonia? Quorum complura, memini me aliquando notare, digerenda pro XVII. seculorum numero, totidemque includenda tabulis. Sed variis impedimentis studium meum morantibus, gavisus sum, me incidisse in has Clarissimi viri tabulas, quas Vir Honoratus dono mihi dedit. Placuerunt primo statim intuitu, easque perlectas tales esse judicavi, ex quibus discipuli mei, ut Logicorum phrasi utar, *accuratiores de SS. EE. notiones formare*, & in fundamento hujus cognitionis confirmari possent: considerantes, illorum ætatem, patriam, ordinem, mortis denique tempus: qui alias quandoque, meam dissertationem, quæstionibus de his rebus solebant interrumpere. Epicrisin de scriptis illorum, cum aliis, quæ huc pertinent, conjunctam, addere non potui; sed eam, utpote rem altioris indaginis & ampliorem, in aliud differre tempus coactus sum. Relegi tamen has tabulas, & auxi indice necessario. Feci quod debui, & feci lubens, ut commodis Studiosorum nostri Gymnasii inservirem, quos & diligentes auditores: & accuratos præterea, & perspicaces, meditationique deditos lectores, esse cupio: quosque pios esse volo in primis, & benè moratos, tum quoque non doctos minus, ut illis hic & æternum bene sit: cum ipsis, plura hac de re, & opusculi hujus usu & augmento, privatim locuturus.

Tibi verò, NOBILISSIME DN. MÖLLERE, Gymnasiarcha optimè merite, has inscribere tabulas volui, non ignorans, extare tua, non tantum in Ecclesiam & Rempublicam Hamburgensem, & adeò primam quoque patriæ nostræ Scholam, quam Gymnasium vocamus, merita amplissima, civibus æquè nota & peregrinis. Reperies hic, quod placebit, Viros Tui Ordinis, Senatorios, Consules, Senatores gravissimos & doctissimos. Seculo II. n. 1. V. 9. 49. 78. VI. 3. 12. 45. IX. 57. imò plures. Volui autem tot exempla procudi, iisque tuum præfigi nomen, mihi bonisque omnibus carissimum, quot Gymnasium nostrum Studiosos huc usque aluit, LXIV. annorum spacio. Numerum illum, nostris aliisque, in complures annos sufficere posse arbitror. Feci autem hoc ideò potissimum, ut qui sunt, fidei nostræ doctrinæ & curæ, aut jam commissi aut adhuc committendi, omnes & singuli, Te Protoscholarcham nostrum, studiorum suorum Patronum, venerari discerent, & sincerè colere. Utque extra patriam, in Germaniæ Academiis, & alibi Anglos inter potissimum & Batavos viventes, merita tua, nusquam non, gratâ & tenerent recolerentque memoriâ, & circumferrent prædicatione, atque ita nobiscum, qui Te præsentem cernimus, sua & ipsi, absentes licet, conjungerent vota, Tibi Familiæque, optima quæque & faustissima, pietate nunquam cessante apprecati.

cati. Approbet vota illorum & nostra, Tibique fortunet cuncta bonus DEus! Perges, spero, quod jam ab aliquo tempore studiosè facis, anniti porrò, ne Viri, de juventute benè merentes, dignis destituantur præmiis, & *pectora*, ut Poëta de eruditis eruditè judicat, *duas non admittentia curas*, suam industriam, indignis sentiant curis, saltem interpellari. Quo tua autoritate, si feliciter sublevâris, dubium non erit, quin ejus favoris Remuneratorem, universa civitas, sit liberalem sensura Deum, cui Acroateria illa non minus curæ sunt quam Templa. Is Patriam nostram sibi commendatam habeat. Arceat hæreses, schismata, omnemque impietatem. Avertat bella, famem, contagia & incendia quoque in primis, * nobisque propitius sit, in Christo Suo & Nostro, à quo nomen accepimus & ferimus. Ipse nos militantes & fluctuantes, usque dum, in felicitate æternâ, victoriam consequamur & portum, servet, protegat & tueatur. Scribebam Hamburgi. A. C. ꝏ Ioc MDC LXXVI. M. SEPTEMB. D. XIV. JULIANI. KAL.

* Exhorresco, quoties recogito, quæ me legere memini, de incendio Urbis Nostræ, flammis, non tamen hostili manu immissis aut excitatis, ante hos 392. annos, planè consumptæ: quod à quodam illius temporis homine, spectatore ejus calamitatis, fini membranacei Bibliorum codicis, A. C. 1255. manu scripti, 29. post, eo ipso quo contigit anno, adscriptum reperiri his verbis. *Anno Dni. M C C LXXXiiii: in die sancti Cyriaci, quæ est ante Vigiliam Sancti Laurentii proxima* (8. mensis Augusti.) *Exusta est tota civitas Hābg.* (Hamborg.) *Etiam homines innumerabiles, viri, mulieres & pueri: Ita quod intra muros, una domus non remansit.* Traziger de illo hæc tantum nobis reliquit. A 1281. verbrandte die Stadt Hamburg gantz zum Grunde ab, und geschah mercklicher grosser Schade, an Leuten und Gütern, die in demselben Brande umkahmen. Etzliche wollen, das dieser Brand erst geschehen sey A 1284. Welches auch aus vielen uhrsachen gleublicher ist. Aber die Sächsische und Wendische Chroniken, setzen das 1281. Jahr. Als nun die von Hamburg ihre Stadt wieder aufbauen wolten, verboten einige Grafen ihren Vögten, das sie kein Holtz gen Hamburg zu führen gestatten solten. Aber Graf Helmuth zu Schwerin und andere, nahe gesessene und negst umgelegene Herren, liessen ihnen umb ihr Geld so viel zuführen, das die Stadt in kurtzer Zeit, viel zierlicher, dann sie zuvor gestanden war, wieder aufgebauet ward. Hactenus Traziger. Locus ex m. s. allatus, non tantum diem certum, quo malum contigit, qui hactenus in dubio fuit, nos docere, vulgares libellos chronicos corrigere, & Trazigerum confirmare: sed præterea quoque, quod potissimum, miserrimum patriæ statum, nobis revocare in memoriam potest: quibus hoc quoque mense Augusto, triste spectaculum exhibuit DEUS, quo non pauca ædificia, (triginta numerant) incendio consumpta, collabi vidimus, non minore cum terrore quam damno. Procul esse jubeat propitius Jehovah, incendia ab urbe nostrâ, à templis, scholis, curiâ & domibus, omnibusque publicis & privatorum ædificiis, non tantum eo quo malum hoc experti sumus mense, (ne illo res nostræ minuantur, crescant & augeantur potius,) sed & reliquis omnibus annis, mensibus & diebus vitæ nostræ.

Prima pars ordinem seculorum: secunda, simul literarum & seculorum servat.

Centu-

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn769151086/phys_0009
DFG

Centuria I.
Centenarius I.
five
Seculum I.
ab An. Nativitatis Christi in terris 1. ad A. Crum 100.

1. *Petrus*, Galilæus, a Christo vocatus An. 30. Romæ crucifixus, capite ad terram verso. An. 67.

2. *Paulus*, Tarsi natus, secta Pharisæus, ad fidem conversus An. 34. Neronis jussu capite truncatus An. 67.

3. *Philo*, Judæus, gente Alexandrinus, claruit An. Chr. 50.

4. *Matthæus*, ex Publicano Apostolus & Evangelista, martyrium passus est an. circ. 60.

5. *Marcus*, Evangelista, primus Alexandriæ Ep. passus est An. 61, aut 62.

6. *Jacobus*, Minor, frater Domini, ab an. 33. primus Hierosolymitanorum Ep. martyrio coronatus. an. 61.

7. *Judas*, Apostolus, Jacobi frater, martyrium in Perside subiit An. 61.

8. *Lucas*, ex Medico Antiocheno Evangelista, obiit circ. An. 70.

9. *Barnabas*, Cyprius, Levites, dein Apostolus, concilio Hierosolymitano An. 51. interfuit; quo anno obierit, N. L.

10. *Abdias*, Babylonis Ep. a quibusdam vixisse dicitur An. 60. sed prorsus incertum est.

11. *Martialis*, Lemovicum in Gallia Ep. a quibusdam obiisse dicitur An. 72. alii vero ad tertium seculum revocant.

12. *Linus*, ab an. 67. Ep. Romanus, passus est an. 78.

13. *Hermas*, *Pastor* dictus, ob. an. 80.

14. *Fl. Josephus*, Sacerdos Hebræus, a Romanis captus an. 67. scripsit adhuc an. 94.

15. *Justus a Tiberiade*, Judæorum itidem scriptor, vixit An. 98.

16. *Joannes*, Apostolus & Evangelista, ob. Ephesi an. circ. 99.

17. *Clemens*, Pauli comes & συνεργὸς, ab an. 91. Ep. Romanus, in Chersoneso Martyr factus an. 102.

SECULUM II.
ab A. C. 100. ad A. C. 200.

1. *Dionysius Areopagita*, An. 50. ad fidem conversus; quo anno vivere desierit N. L.

2. *Ignatius*, ab An. 69. Ep. Antiochenus, Romæ passus An. 108.

3. *Papias*, Joannis Auditor, Ep. Hierapolitanus, clar. an. 100.

4. *Aquila*, Ponticus, ex Christiano Judæus, clar. An. 120.

5. *Quadratus*, Apostolorum discipulus, Athenarum Ep. clar. an. 127.

6. *Aristides*, Athenienſis, Philosophus Christianus, clar. An. 127.

7. *Polycarpus*, Smyrnæ Ep. clar. An. 130. ob. An. circ. 170.

8. *Agrippa Castor*, Basilidis oppugnator, clar. cir. An. 130.

9. *Theodotion*, Hæreticus Judaizans, clar. An. 148.

10. *Hermes*, Frater Pii Papæ, ob. An. 150.

11. *Justinus*, *Martyr* dictus, ex Philosopho gentili Christianus, clar. An. 155. An. passus circiter 162.

12. *Melito*, Asianus, Ep. Sardensis, clar. An. 170.

13. *Athenagoras*, Athenienſis, Philosophus Christianus, flor. An. 170.

14. *Dionysius*, Corinthiorum, Epis. clar. An. 170.

15. *Philippus*, Gortynæ in Creta Ep. clar. An. 170.

16. *Malchion*, Presbyter Antiochenus, &

17. *Miltiades*, vixere An. 170.

18. *Theophilus*, Antiochiæ Ep. clar. An. 180.

19. *Tatianus*, Syrus, Justini Discipulus, flor. An. 180.

20. *Hegesippus*, vir Apostolicorum temporum. Vixit An. 180.

21. *Apollinaris*, Ep. Hierapolitanus, clar. An. 172.

22. *Pinytus*, Cretensis, Cnossi Ep. flor. An. 172.

23. *Bardesanes*, Mesopotamienſis, clar. sub M. Antonino, An. 173.

24. *Irenæus*, ab an. 180. Lugdunensis Ep. passus est an. 201.

25. *Zoticus*, Osdroënus in Armenia Ep. Martyrium passus est an. 185.

26. *Theophilus*, Ep. Cæsarienſis, clar. An. 190.

27. *Bacchylus*, Corinthi Ep. clar. an. 190.

28. *Polycrates*, Ephesiorum Ep. clar. an. 190.

29. *Serapion*, Ep. Antiochenus, clar. an. 193.

30. *Victor*, ab an. 193. Ep. Romanus, Martyrio coronatus an. 201.

31. *Heraclius*,

32. *Maximus*,

33. *Candidus*,

34. *Appion*,

35. *Sixtus*,

36. *Arabianus*, omnes eodem tempore vixerunt, circa an. 194.

37. *Pantænus*, ex Stoico Philosophus Christianus, Clem. Alexandrini Præceptor, clar. an. 195.

SECULUM III.
ab A. C. 200. ad A. C. 300.

1. Q. *Septimius*, *Florens*, *Tertullianus*, Afer, in Montani postea hæresin prolapsus, clar. an. 200. ob an. circ. 215.

2. *Symmachus*, S. Scripturæ interpres Græcus, clar. an 200.

3. *Rhodon*, Asianus, Tatiani auditor, vix. an. 200.

4. *Clemens*, Alexandrinus, Catecheseon Magister, clar. an. 200. ob. an. circ. 220.

5. *Modestus*, &

6. *Musanus*, Philosophi Christiani non ignobiles, vixere circ. an. 205.

7. *Judas*, Theologus & Historicus, scripsit forsan circa an. 205.

8. *Cajus*, clar. sub Zepherino Ep. Romano, circ. an. 212.

9. *Minucius Fœlix*, Causidicus Romanus, clar. an. 216.

10. *Beryllus*, Bostrenus in Arabia Ep. clar. circ. an. 228.

11. *Geminianus*, Presbyter Antiochenus, clar. an. 228.

12. *Hippolytus*, Portûs Romani Ep. passus est an. 230.

13. *Julius Africanus*, vixit an. 228. & deinceps.

14. *Ammonius*, Alexandrinus, Philosophus Christianus, ob. an. circ. 230.

15. *Origenes*, *Adamantius* dictus, Presbyter Alexandrinus, clar. an. 230. ob an. 254.

16. *Ambrosius*, Diaconus Alexandrinus, Origenis fautor, clar. cir. an. 230.

17. *Tryphon*, Origenis auditor, clar. an. circ. 230.

18. *Lucianus*, Presbyter Antiochenus, Martyr, an. 240.

19. *Phileas*, Thmueos in Ægypto Ep. Martyr. an. 240.

20. *Pamphilus*, Presbyter Cæsarienſis, Eusebii amicus, Martyr, clar. an. 240.

21. *Cyprianus*, Afer, ab. an. 248. Ep. Carthaginenſis, passus est an. 258.

22. *Gregorius*, *Thaumaturgus* dictus, Neocæsareæ Ep. clar. an. 250. an. 265.

23. *Cornelius*, ab an. 251. Ep. Romanus, passus est an. 253.

24. *Firmilianus*, Cæsareæ Cappadociæ Ep. clar. an. 251.

25. *Novatianus*, Presbyter Romanus, Schismatis Pater, clar. an. 251.

26. *Pontius*, Cypriani Diaconus, clar. an. 251. ob an. 259.

27. *Alexander*, Cæsareæ Cappadociæ primum, deinde Hierosolymorum Episc. & Martyr, an. 253.

28. *Sixtus*, II. ab an. 257. Ep. Romanus, passus est an. 258.

29. *Dionysius*, Ep. Alexandrinus, clar. an. 260.

30. *Zeno*, Ep. Veronenſis, martyruim passus esse dicitur an. cir. 260. Sunt tamen, qui illum sub Constantio floruisse, & in pace obiisse dicant.

31. *Eusebius*, Ep. Laodicenus, clar. an. 273.

32. *Anatolius*, Alexandrinus, Laodicææ in Syria Ep. Martyr fit an. 277.

33. *Archelaus*, Caschareæ in Mesopotamia Ep. clar. 280.

34. *Pierius*, Presbyter Alexandrinus, Origines junior dictus, multa pro Christo passus, clar. an. circ. 289.

35. *Arnobius*, Afer, Rhetor, scripsit an. 297. vixit usq; ad an. 326.

SECULUM IV.

ab A. C. 300. ad A. C. 400.

1. *Methodius*, Olympi primum, deinde Tyri Ep. passus est an. 302.

2. *Victorinus*, Petabionensis in Pannonia Ep. passus est an. 303.

3. *Anastasia*, fœmina nobilis, martyrio coronata an. 303. duæ ejus epistolæ, extant apud Suidam, in voce χρυσόγονος.

4. *Cælius*, *Lactantius*, *Firmianus*, Crispi Cæsaris Magister, clar. an. 310. & deinceps.

5. *Rheticius*, Ep. Augnstodunensis, Synodo Arelatensi interfuit an. 314.

6. *Alexander*, Ep. Alexandrinus, clar. an. 318. & deinceps.

7. *Ammon*, Monachus & Abbas celeberrimus, vivebat circ. an. 318.

8. *Jacobus*, *Sapiens* dictus, Confessor, clar. an. 325.

9. *Commodianus*, ex Gentili factus Christianus, scripsit circ. an. 325.

10. *Juvencus*, Hispanus, Presbyter & Poëta, flor. an. 329.

11. *Constantinus I. & Mag. Imp. imperare cæpit an.* 306. *concilio Nicæno interfuit, an.* 325. *ob. an.* 337.

12. *Marcellus*, Ep. Ancyranus, clar. an. 336.

13. *Eusebius Pamphili*, Ep. Cæsarienſis, ab an. 315. ob an. 340.

14. *Julius*, ab an. 336. Ep. Romanus, mortuus est an. 352.

15. *Julius*, *Maternus*, *Firmicus*, Christianus factus, clar. an. 340.

16. *Eustathius*, genere Pamphilius, patria Sidites, Ep. Antiochenus, ab Arianis in exilium pulsus, an. 340.

17. *Asterius*, Arianæ factionis Philosophus, clar. an. 340.

18. *Fortunatianus*, Afer, Ep. Aquileiensis, clar. circ. an. 340.

19. *Antonius*, monachorum pater, clar. an. 330. ob. an. 356.

20. *Theodorus*, Heracleæ Thraciorum Ep. clar. an. circ. 344.

21. *Tryphillius*, Cypri Litrensis Ep. flor. an. 350.

22. *Donatus*, Schismatis istius Pater, Ep. in Africa de Casis nigris, vix. an. 355.

23. *Serapion*, Thmueos in Ægypto Ep. ob. an. 356.

24. *Eusebius Sardus*, Ep Vercellensis, pro fide exul, clar. an. 356. ob. an. 371.

25. *Basilius Ancyranus*, Arcis Mecheæ Ep. Arianus, clar. an. 359.

26. *Eusebius*, Ep. Emisenus, Arianus, ob. an. circ. 360.

27. *Photinus*, Galata, Sirmii Ep. ordinatus, sed ob hæresim synodali autoritate depulsus an. 356.

28. *Eunomius*, Ætii discipulus, Ep. Cyzicenus clar. an. 360.

29. *Diodorus*, Tarsensis Ep. Chrysostomi præceptor, clar. an. 360.

30. *Vitellius*, Afer, Donatista, vix. an. 360.

31 *Dorotheus*, Tyri Presbyter, passus est an. an. 362.

32. *Lucius*, Alexandriæ Ep. Arianus, vivente Athanasio, clar. an. 362.

33. *Hilarius*, Pictavienſis Ep. ab exilio rediit an. 360 ob. an. 368.

34. *Acacius*, ab an. 340. Ep Cæsarienſis, ob. an. 366.

35. *Athanasius*, ab an. 326. Ep. Alexandrinus, post varia exilia, & pericula in causa fidei, ob. in pace, an. 373.

36. *Ulphilas*, Gothorum Ep. literarum Gothicarum inventor, clar. an. 365.

37. *Victorinus Afer*, é Rhetore gentili Christianus, ob. an. circ. 370.

38. *Titus*, Bostrorum in Arabia Ep. obiisse videtur circ. an. 370.

39. *Optatus*, Milevitanus in Africa Ep. clar. an. 360. ob. circ. an. 370.

40. *Aquilius Severus*, vixit in Hispania, ob. an. 370.

41. *Lucifer*, Calaritanus in Sardinia Ep. multos annos pro fide exul, ob. circa an. 370.

42. *Proba Falconia*, Anicii Consulis uxor, clar. an. 371.

43. *Apollinaris* junior, Ep. Laodicenus, ob hæresim damnatus est, an. 375.

44. *Euzoius*, Cæsarienſis Ep. Arianus, clar. an. circ. 375.

45. *Ephræm*, Diaconus Edessenus, ob. an. 378.

46. *Basilius*, *Magnus* dictus, ab an. 370. Cæsareæ Cappadocum Ep. ob. an. 379.

47. *Theodosius I. & Magnus Imp. imperare cæpit, A. C.* 379. *obiit, A. C.* 395.

48. *Damasus*, ab an. 367. Ep. Romanus, ob. an. 384.

49. *Gregorius*, *Nazianzenus*, *Theologus* dictus, Sasimorum primò, dein ab an. 379. Ep. C. P. sed pro pace Ecclesiæ, sede sua se abdicavit, an. 381. ob. an. 389.

50. *Q. Julius Hilario*, scripsisse creditur, an. 379.

51. *Pacianus*, Barcinonensis Ep. ob circ. an. 380.

52. *Euagrius*, monachus, Ep. Antiochenus, clar. an. 380.

53. *Maximus*, Philosophus, factus postea Ep. C. P. clar. an. 380.

54. *Euagrius*, Ponticus, Nazianzeni Diaconus, clar. an. 380.

55 *Nemesius*, ex Philosopho Ep. vix. an. circ. 380.

56. *Heraclides*, Monachus, forsan is, qui Cappadociæ Ep. clar. an. 380.

57. *Helvidius*, Auxentii Discipulus, Hieronymi adversarius, clar. an. 382.

58. *Hilarius*, Diaconus Luciferianus, vix. circ. an 384.

59. *Cyrillus*, Hierosolymorum Ep. multum diuq; jactatus, tandem in Domino quievit an. 386.

60. *Syricius*, Papa ab an. 385. ob. an. 398.

61. *Idatius Clarus*, vivebat an. circ. 386.

62. *Philastrius*, Ep. Brixianus clar. an. 380. ob. an. 387.

63. *Fl. Lucius Dexter*, prætorio Præfectus, clar. an. 388.

64. *Priscillianus*, Ep. Abulensis, a Maximo Tyranno Treveris occisus, an. 389.

65. *Matronianus*, ejusdem comes, & una cum illo cæsus.

66. *Tiberianus*, ejusdem societatis, & eodem tempore.

67. *Osius*, ab an. 303. Ep. Cordubensis, ob. an. circ. 361. centenario major. Sunt autem, qui mortuum esse volunt, an. 390.

68. *Chrysippus*, Presbyter Hierosolymitanus, clar. circ. an. 390.

69. *Tichonius*, Afer, Donatista, vix. an. 390.

70. *Antiochus*, Ep. moritur sub Arcadio. an. 390.

71. *Sophronius*, Hieronymi æqualis, clar. circa an. 390.

72. *Macarius Senior*, Abbas Ægyptius, ob. an. 391.

73. *Gregorius* Bæticus, Ep. Eliberitanus, vix. an. 392.

74 *Phœbadius*, Agennensis Ep. vivebat adhuc, an. 392.

75. *Faustinus*, Diaconus, vix. an. 392.

76. *Amphilochius*, Iconii Ep. ob an. 393.

77. *Didymus*, Alexandrinus, Hieronymi Præceptor, ob. an. circ. 393.

78. *Pachomius*, Abbas Tabennensis, ob. circ. an. 393.

79. *Gregorius*, Ep. Nyssenus, Basil. i frater, clar. an. 380. ob. an. 395.

80. *Nectarius*, ab an. 382. Ep. C. P. ob an 397.

81. *Nicetas*, Dacorum Apostolus & Ep. clar. an 396.

82. *Ambrosius*, natus an. 333. ab an. 374. Ep. Mediolanensis, ob. an. 397.

83. *Gelasius senior*, Cæsareæ Palestinæ Ep. vix. an. 398.

84. *Oresiesis*, Abbas Ægyptius, vix. circ. an. 400.

85. *Marcus* Eremita,

86. *Anianus*, &

87. *Panadorus*, Monachi Ægyptii, eodem tempore vixerunt.

88. *Asterius*, Amaseæ in Ponto Ep. vix. circ. an. 400.

89. *Diadochus*, Photices Ep. hoc circiter tempore florebat.

90. *Ambrosius*, Presbyter Alexandrinus, auditor Didymi, clar. an. 400.

91. *Victor Antiochenus*, vix. forsan circ. an. 400.

92. *Vigilius*, Ep. Tridentinus, martyrio coronatus, an. circ. 400, vel 405.

93. *Epiphanius*, Salaminæ in Cypro Ep. clar. ab an. 360. ob. an. 403. ætatis 115.

SE-

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn769151086/phys_0012
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn769151086/phys_0013
DFG

SECULUM V.

ab A. C. 400. ad A. C. 500.

1. *Philo*, Carpathi Ep. vixisse videtur circ. an. 401.

2. *Johannes Chrysostomus*, ab an. 398. Ep. C. P. ob. in exilio, an. 407.

3. *Palladius*, Galata, Helenopoleos Ep. clar. an. 390. ob. an. circ. 418.

4. *Joannes*, ab an. 386. Ep. Hierosolymitanus, ob circ. an. 416.

5. *Innocentius*, ab an. 402. Ep. Romanus, ob. an. 417.

6. *Polychronius*, Ep. Apamiensis, vix. circ. an. 402. & deinceps.

7. *Marcus*, Gazensis in Palestina Diaconus, vix. an. 403.

8. *Macarius junior*, Alexandrinus, ob. an. 404.

9. *Aurelius Prudentius Clemens*, Poëta Christianus, scripsit an. 405.

10. *Pelagius*, Scotus, Hæresi sua, famosus esse cæpit an. 405.

11. *Vigilantius*, Caligurritanus, Barcilonensis in Hispania Ep. vivebat adhuc an. 406

12. *Atticus*, ab an. 406. Ep. C. P. ob. an. 427.

13. *Hieronymus*, Stridonensis, an. 378 Presbyter ordinatus, ob. an. 420.

14. *Severianus*, Gabalorum Ep. vix. an. 408.

15. *Gaudentius*, Ep. Brixianus, ob. an. 410. vel forsan serius.

16. *Cælestius*, Pelagii Discipulus, vix. circ. an. 410.

17. *Lucianus*, Presbyter Hierosolymitanus clar. an. 410.

18. *Marcellinus*, Presbyter Italus, secta Luciferianus, clar. circ. an. 410.

19. *Paulinus*, Bitterrensis in Gallia Ep. clar. an. 410.

20. *Nonnus*, Panopolitanus, patria Ægyptius, vix. circ. an. 410.

21. *Chromatius*, Ep. Aquileiensis, ob. an. circ. 410.

22. *Synesius*, Ep. Pentapolitanus, vivebat an. circ. 412.

23. *Theophilus*, Ep. Alexandrinus, clar. circ. an. 400. ob. an. 412.

24. *Ruffinus Toranius*, Presbyter Aquileiensis, Hieronymi adversarius, ob. circ. an. 418.

25. *Paulus Orosius*, Hispanus, Presbyter Tarraconensis, clar. an. 416.

26. *Philippus Sideta*, Presbyter, clar. circ. an. 418.

27. *Hesychius*, Ep. (ni fallor) Salonitanus, clar. an. 419.

28. *Severus Sulpicius*, Primuliacensis in Gallia Presbyter, scripsit an. 400. ob. an. 422.

29. *Aurelius Augustinus*, Afer, natus an. 355. ab an. 396. Ep. Hipponensis, ob. an. 430.

30. *Marius Mercator*, Augustino suppar & familiaris, clar. ab an. 418. & pervenisse videtur ad an. 450. opera ejus nuper Parisiis primum in lucem edita sunt.

31. *Theodorus*, Monachus, Pachomii successor, obiisse videtur circ. an. 420.

32. *Niceas*, Romacianæ civitatis Ep. clar. an. 420.

33. *Simplicianus*, post Ambrosium Ep. Mediolanensis, vix. an. 420.

34. *Julianus*, Capuæ Ep. sed ob hæresim sede pulsus, an. 420.

35. *Fastidius*, Londinensis in Britannia Ep. flor. an. 420.

36. *Leporius*, Presbyter clar. an. 420.

37. *Paulinus*, Presbyter, & à manu B. Ambrosio, clar. an. 420.

38. *Ennodius*, Uzzalensis in Africa Ep. clar. an. 420.

39. *Isidorus*, Ep. Cordubensis, clar. an. 420.

40. *Severus*, Ep. Milevitanus, Augustini discipulus, clar. an. 420.

41. *Severus*, in Insula Baleari Ep. Scripsit circ. an. 423.

42. *Cælestinus*, I. Papa ab an. 423. ob. an. 432.

43. *Philostorgius*, Cappadox, secta Arianus, natus an. 368. scripsit an. 425.

44. *Sabinus*, Heracleæ Thraciæ Ep. clar. an. 425.

45. *Possidius*, Afer, Ep. Calamensis, Augustini discipulus, clar. an. 430.

46. *Paulus*, Presbyter, natione Pannonius, clar. an. 430.

48. *Eutropius*, Presbyter, Augustini discipulus, clar. an. 430.

49. *Pontius Paulinus*, Consul an. 373. creatus Ep. Nolanus, an. 394. ob. an. 431.

50. *Nestorius*, Presbyter Antiochenus, dein Ep. C. P. sed ob hæresim à sede pulsus an. 431.

51. *Capreolus*, Ep. Carthaginensis, clar. an. 431.

52. *Uranius*, Paulini Nolani discipulus, clar. an. 431.

53. *Maximus*, ex Abbate Lerinensi Ep. Rhegiensis, clar. an. 433.

54. *Antoninus*, Constantinensis in Africa Ep. clar. an. 437.

55. *Claudius Marius Victor*, Rhetor Massilienſis & Poeta, vixisse videtur inter an. 430. & 440.

56. *Sedulius*, Presbyter & Poeta, eodem tempore vixisse dicitur.

57. *Isidorus Peluſiota*, Chrysostomi discipulus, in vivis erat an. 432.

58. *Vincentius*, Monachus & Presbyter Lerinensis, scribebat an. 434. & paulo post obiit.

59. 60. *Socrates*, Scholasticus C. P. & *Hermias Sozomenus*, Σωκράτης ἐν τῇ Φράσει βελτίων, ut inquit Photius, uterque secta Novatianus, Historias suas scripsére, circ. an. 440.

61. *Sixtus*, III. Papa ab an. 432. ob. an. 440.

62. *Nilus*, ex Præfecto monachus C. P. ob. circ. an. 440.

63. *Dracontius*, Poeta, vix. circ. an. 440.

64. *Bacchiarius*, Hibernus, Philosophus Christianus, clar. circ. an. 440.

65. *Sabbatius*, Ecclesiæ Gallicanæ Ep. scripsit an. 440.

66. *Ursinus*, monachus, scripsit adversus hæreticos rebapt. an. 440.

67. *Constantinus*, Ep. Germani vitam scripsit an. 440.

68. *Petronius*, Ep. Bononiensis, clar. an. 440.

69. *Philippus*, Presbyter, Hieronymi auditor, clar. circ. an. 440.

70. *Isaac*, Syrus, ex Monacho Presbyter Antiochenus, clar. an. 440. ob. circ. an. 458.

71. *Asclepius*, Afer, in Baiensi territorio Ep. clar. an. 440.

72. *Paschasius*, Lilybætanus in Sicilia Ep. clar. an. 443.

73. *Cyrillus*, ab an. 412. Ep. Alexandrinus, ob. an. circ. 444.

74. *Proclus*, ex Ep. Cyzicensi, factus an. 433. Archiep. C. P. ob. an. 446.

75. *Flavianus*, ab an. 447. Ep. C. P. ob. exul. an. 449.

76. *Joannes Cassianus*, Scytha, Patria Athenienſis, ab an. 404. Diaconus C. P. scribere orsus est, ab an. 424. ob. an. 448.

77. *Petrus Chrysologus*, ab an. 433. Ep. Ravennatensis, ob. an circ. 449.

78. *Turcius Rufius Asterius*, scripsit, Collationem V. & N. Testamenti. Consul erat an. 449.

79. *Anatolius*, ab an. 449. Ep. C. P. vivere desiit an. 458.

80. *Petrus*, natione Syrus, Presbyter Edessenus, clar. an. 450.

81. *Eusebius*, Dorilæi Ep. clar. an. 451.

82. *Hilarius*, ab an. 430. Ep. Arelatensis, ob. an. 454.

83. *Eucherius*, *senior*, ex monacho Lerinensi Ep. Lugdunensis, ob. an. 454.

84. *Leo*, Bituricensis in Gallia Ep. Scripsit. circ. an. 454.

85. *Jacobus*, Diaconus Heliopolitanus, clar. an. circ. 454.

86. *Veranus*, una cum Eucherio patre Ep. Lugdunensis, an. 453. quando obierit Non Liquet.

87. *Basilius*, Seleuciæ in Isauria Ep. vix. circ. an. 455.

88. *Rusticus*, Ep. sed cujus loci, incertum, vix. hoc tempore.

89. *Valerianus*, Cemelenensis trans Varum Ep. vix. an circ. 455.

90. *Prosper*, Aquitanus, ob. an. 455. (ad quem Chronicon perducit) aut an. sequenti.

91. *Timotheus*, ab an. 457. Ep. Alexandrinus; postea in exilium missus, quando obierit, N. L.

92. *Victorius*, Aquitanus, Lemovix, clar. an. 457. & deinceps.

93. *Gennadius*, ab an 458. Ep. C. P. ob. an. 471.

94. *Musæus*, Presbyter Massilienſis, ob. an. 458.

95. *Simeon Stylita*, vir magnus, atque admirandus Ἀσκητὴς, Aſcetes, ob. an. 460. ætat 109.

96. *Theodoretus*, ab an. 423. Cyri Ep. vix. uſque ad an. 460. ſeu ut alii, 466.

97. *Cyrus*, Alexandrinus, ex Medico & Philoſopho monachus, clar. an. 460.

98. *Honoratus*, Ep. Maſſilienſis, clar. circ. an. 460.

99. *Lupus*, Ep. Tricaſſinus, clar. an. 461.

100. *Arnobius junior*, vixiſſe videtur cir. an. 460, vel 461.

101. *Salonius*, alter Eucherii Lugdunenſis filius, vivente patre, una cum Verano fratre, Eccleſiarum erat Magiſter. flor. an. 460.

102. *Leo*, I. Papa ab an. 440. ob. an. 461.

103. *Maximus*, Ep. Taurinenſis, ob. circ. an. 466.

104. *Claudianus Mamertus*, Presbyter Viennenſis, & fratris, ibid. Archiep. Adjutor, ob. circ. an. 466.

105. *Idatius*, in Gallecia natus, Aquarum Flaviarum Ep. vix. ſaltem an. 467. quo Chronicon ſuum perduxit.

106. *Samuel*, natione Syrus, Presbyter Edeſſenus, clar. an. 470.

107. *Honoratus*, Conſtantinæ in Africa Ep. vix. circ. an. 470.

108. *Gregentius*, Tephrenſis Archiep. vixit, ſi recte conjicio, circ. an. 470.

109. *Gelaſius Cyzicenus*, Cæſareæ Ep. vivebat an. 476.

110. *Conſtantinus*, Presbyter Lugdunenſis, clar. circ. an. 476.

111. *Fauſtus*, ex Abbate Lerinenſi Ep. Reienſis, ob. an. circ. 480.

112. *Joannes*, Presbyter Antiochenus, clar. an. 480.

113. *Eugenius*, Ep. Carthaginenſis, confeſſor, clar. an. 480.

114. *Joannes Ægeates*, Presbyter, clar. ſub. Zenone Imp. circ. an. 480.

115. *Cyrillus*, monachus, Euthymii Abbatis diſcipulus, clar. an. 480.

116. *C. Sollius Apollinaris Sidonius*, Arvernorum in Gallia Ep. ob. an. 482.

117. *Salvianus*, Presbyter Maſſilienſis, libros ſuos ſcripſit an. 442. in vivis erat an. 490.

118. *Victor*, Uticenſis, ſeu Vitenſis, in Africa Ep. ob. an. circ. 488, aut 490.

119. *Æneas*, Gazæus Sophiſta, ſcripſit circ. an 490.

120. *Cerealis*, Caſtulenſis in Africa Ep. clar. an. circ. 490.

121. *Patricius*, Hibernorum Apoſtolus, ob an. 491.

122. *Gennadius*, Presbyter Maſſilienſis, vix. adhuc an. 494.

123. *Gelaſius*, I. Papa ab. an. 492. ob. an. 496.

124. *Euſtathius Epiphanienſis*, clar. ſub Anaſtaſio Imp. circ. an. 496.

125. *Baſilius*, Irenopolis in Cilicia Ep. clar. circ. an. 496.

126. *Candidus Iſaurus* clar. circ. an. 498.

127. *Baſilius*, Cilix, Presbyter Antiochenus, ſecta Neſtorianus, vix. circ. an. 500.

128. *Ruſticus Elpidius*, vir nobilis ac medicus, clar. circ. an. 500.

129. *Julianus Pomerius*, natione Maurus, ob. aliquanto poſt an. 500. ſed quo anno N. L.

130. *Andreas*, Cæſareæ Cappadocum Ep. vixit. forſan circ. exitum hujus ſæculi, an. circ. 500.

SECULUM VI.

ab A. C. 500. ad A. C. 600.

1. *Uricius ſenior*, Ep. Lemovicenſis, vivebat an. 506.

2. *Laurentius*, Ep. Novarienſis, clar. an. 507.

3. *Anianus*, vir ſpectabilis ſub Athalarico Rege, clar. forſan circ. an. 506, vel 507.

4. *Epiphanius Scholaſticus*, Hiſtoriæ Tripartitæ conditor, clar. an. 510.

5. *Eugippius*, Lucullanenſis in Italia Abbas, ſcripſit an. 511.

6. *Paſchaſius*, Eccleſiæ Rom. Diaconus. ob circ. an. 512.

7. *Ægidius*, Abbas in Gallia Narbonenſi, clar. an. 514.

8. *Orentius*, Ep. Tarraconenſis, flor. an. 517.

9. *Procopius*, Gazæus Sophiſta, vixit adhuc an. circ. 520.

10. *Alcimus*, primum Diaconus, deinde Ep. Ticinenſis, clar. an. 503. ob an. 521.

11. *Ennodius*, primum Diaconus, deinde Epiſc. Ticinenſis. clar. an. 503. ob. anno 521.

12. *Anicius Manlius Severinus Boëthius*, Conſul erat an. 510. in carcerem conjectus, juſſu Theodorici, occiſus eſt an. 524.

13. *Joannes* Maxentius, Scytha, monachus, & ut alii, Presbyter Antiochenus, vix. circ. an. 524.

14. *Paulus Cyrus Florus*, Silentiarius, vix. circ. an. 525.

15. *Euphræmius*, Syrus, primum Comes Orientis, deinde ab an. 526. Ep. Antiochenus, ob an. 546.

16. *Agapetus*, Eccleſiæ C. P. Diaconus, clar. an. 527.

17. *Montanus*, Ep. Toletanus, vix. an. 527.

18. *Juſtinianus, ab an. 527. Romanorum Imperator, ob. an. 565.*

19. *Cogitoſus*, Scriptor Hibernus, vixiſſe putatur circ. an. 530.

20. *Fulgentius*, Ruſpenſis in Africa Ep. una cum aliis in exilium miſſus, rediit an. 513. vivere deſiit an. 529.

21. *Dionyſius Exiguus*, Abbas Romanus, Cyclum ſuum primus contexuit an. 525. vivebat adhuc an. 533.

22. *Marcellinus*, Comes Illyricianus, Juſtiniani Imp. Cancellarius, Chronicum ſuum ad an. 534. perduxit quando obierit, N. L.

23. *Zacharias Scholaſticus*, Ep. Mitylenes, clar. an. 536.

24. *Juſtus*, Ep. Orgellitanus, vix. an. 540.

25. *Martinus*, Madonienſis in Hiſpania Ep. vix. an. 540.

26. *Arethas*, Cæſareæ Cappadociæ Ep. flor. an. 540.

27. *Juſtinianus*, Valentiæ in Hiſpania Ep. clar. an. 540.

28. *Facundus*, Hermianenſis in Africa Ep. flor. an. 540.

29. *Aprigius*, Pacis Juliæ in Hiſpania Ep. vix. an. 540.

30. *Benedictus*, Italus, patria Nurſinus, Cænoaii Caſinenſis conditor & Abbas, ob. ibid. an. 539, vel 540.

31. *Arator*, Eccleſiæ Rom. Subdiaconus, ſcripſit an. 543.

32. *Cæſarius*, ab an. 501. Archiep. Arelatenſis, mortem ob. an. 543.

33. *Victor*, Ep. Capuanus, ſcripſit an. 545.

34. *Cyprianus*, Cæſarii Arelatenſis Diſcipulus, clar. circ. an. 546.

35. *Fulgentius Ferrandus*, Diaconus Carthaginenſis, clar. an. 547.

36. *Verecundus*, Juncenſis in Africa Ep. exul. ob. an. 552.

37. *Vigilius*, Afer, Diaconus, adverſus hæreticos ſcripſit, clar. an. circ. 550.

38. *Ruſticus*, Eccleſiæ Rom. Diaconus. vix. an. 550.

39. *Primaſius*, Adrumeti in Africa Ep. vivebat an. 552.

40. *Junilius*, Ep. Africanus, vix. circ. an. 552.

41. *Proterius*, Ep. Alexandrinus, vix. an. 554.

42. *Dacius*, Ep. Mediolanenſis, ob. circ. an 555.

43. *Liberatus*, Diaconus Carthaginenſis, vix. an. circ. 560.

44. *Dorotheus*, Archimandrita, vix. forſan circ. an. 560.

45. *M. Aurelius Caſſiodorus*, Senator, Conſul an. 514. poſtea monachus factus, ob. an. 562.

46. *Nicetius*, Trevirorum Ep flor. an. 563.

47. *Victor*, Tununenſis in Africa Ep. ob. C. P. an. 566.

48. *Eugippius*, Abbas Africanus, ob. circ. an. 578.

49. *Martinus*, ex Abbate Dumienſi Archiep. Bracarenſis, ob. an. 580.

50. *Joannes Scholaſticus Climacus* dictus, Abbas montis Sina, clar. an. 560. ob. circ. an. 580.

51. *S.*-

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn769151086/phys_0016
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn769151086/phys_0017
DFG

51. *Severus*, Malacitanus in Hiſpania Ep. clar. an. 580.

52. *Eulogius*, ab an. 581. Patriarcha Alexandrinus, ob. an. 608.

53. *Leontius*, Advocatus Byzantinus, poſtea Monachus ad S. Sabam, vix. circ. an. 590. & deinceps.

54. *Licinianus*, Carthaginenſis Spartariæ Ep. clar. circ. an. 590.

55. *Gregorius*, ab an. 572. Archiep. Turonenſis, ob. an. 594.

56. *Dynamius Patricius*, Hibernus, clar. an. 595.

57. *Joannes*, *Jejunator* dictus, Ep. C. P. ob. an. 596.

58. *Euagrius Scholaſticus*, Epiphanienſis, Hiſtoriam ſuam perduxit, ad an. 595. quando obierit N. L.

59. *Columbanus*, Hibernus, Cœnobii in Jona Inſula fundator & Abbas, ob. an. 597.

60. *Anaſtaſius*, Sinaita, Ep. Antiochenus, à ſede ſua dejectus, an. 572. eidem reſtitutus an. 594. ob. an. 599.

61. *Joannes*, origine Gothus, Scalabi in Luſitania natus, ex Abbate Biclarenſi Ep. Gerundenſis, obiiſſe videtur circ. an 600.

SECULUM VII.

ab A. C. 600. ad A. C. 700.

1. *Gregorius I. Magnus*, ab an. 590. Ep. Romanus, ob. an. 604.

2. *Drepanius Florus*, Gallus, Poëta, vix. an. 600.

3. *Eutropius*, ex Abbate Sirbitano Ep. Valentinus, clar. circ. an. 600.

4. *Paterius*, Rom. Eccleſiæ Secundicerius, clar. ann. 600.

5. *Leander*, Ep. Hiſpalenſis, ob. ann. 603.

6. *Heſychius*, Patr. Hieroſolymitanus, vix. circ. an. 604.

7. *Fauſtus*, Monachus Caſſinenſis, ſcripſit circ. an. 606.

8. *Anaſtaſius Sinaita junior*, prioris in ſede Antiochena ab an. 599. ſucceſſor, Martyrium ſubiit, à Judæis occiſus ann. 608. ſeu, ut alii, 611.

9. *Maximus*, Ep. Cæſarauguſtanus, flor. an. 614.

10. *Antiochus*, Monachus Palæſtinus, vivebat an. 616.

11. *Joannes*, Abbas primum, deinde Ep. Cæſarauguſtanus, vix. an. 616.

12. *Leontius*, Neopolitanus in Cypro Ep. vix. circ. an. 620.

13. *Georgius*, Ep. Alexandrinus, ſcriptor vitæ J. Chryſoſtomi, vixiſſe videtur circ. an. 620.

14. *Joannes Antiochenus*, clar. circ. an. 620.

15. *Euſtaſius*, Abbas Lixovienſis, clar. an. 627.

16. *Jonas*, Abbas Hibernus, clar. an. circ. 630.

17. *Sulpicius*, Ep. Bituricenſis, clar. an. 630.

18. *Joannes Moſchus*, *Eviratus* dictus, vix. circ. an. 630

19. *Georgius Piſides*, Eccleſiæ C. P. Diaconus, ſcripſit an. 630.

20. *Conſtantius*, Palentinus in Hiſpania Ep. clar. an. 633.

21. *Juſtus*, Ep. Toletanus, vix. an. 633.

22. *Andreas Damaſcenus*, Cretenſis Archiep. clar. circ. an. 634.

23. *Verus*, Rutinenſis in Gallia Ep. clar. an. 634.

24. *Sophronius*, Patr. Hieroſolymitanus, ob. an. 636.

25. *Iſidorus*, ab an. 596. Archiep. Hiſpalenſis, ob. an. 636. quamvis alii ad an. 650. & ultra vitam prorogaſſe volunt.

26. *Eugenius*, Ep. Toletanus, clar. an. 640.

27. *Cummianus*, Abbas ſeu Ep. Hibernus, clar. an. 640. ob. an. 661. vel ſeq.

28. *Joannes* IIII. gente Dalmata, an. 641. Papa, ob. an. 642.

29. *Theodorus*, Patr. Hieroſolymitani filius, ab an. 642. Pontifex Rom. ob. an 649.

30. *Braulio*, Ep. Cæſarauguſtanus, ob circ. an. 646.

31. *Eugenius junior*, Ep. Toletanus, clar. circ. an. 650.

32. *Marculphus*, Monachus, vix. an. 660.

33. *Jonas*, Italus, Abbas Bobienſis, clar. an. 663.

34. *Theodorus*, Presbyter in monaſterio Raitu, ſeu, ut alii, Presbyter Antiochenus, vix. circ. an. 662.

35. *Anaſtaſius*, Eccleſiæ Rom. Aprocriſiarius, ob. an. 666.

36. 37. *Iſaias*, *Abbas*, quem admodum & *Aponius*, vixiſſe videntur circ. an. 666.

38. *Deſiderius*, Cadurcenſis in Aquitania Ep. ob. an. 660.

39. *Maximus*, Abbas & Confeſſor dictus, ob. exul. an. 662.

40. *Eligius*, ab anno 645. Ep. Noviamenſis, ob. an. 665.

41. *Ildefonſus*, Abbas Agalienſis, ab ann. 657. Archiep. Toletanus, ob. an. 667.

42. *Theodorus*, Tarſi in Cilicia natus, à Vitaliano Papa creatus Archiep. Cantuarienſis, & in Angliam miſſus an. 668. ob. an. 690.

43. *Ceofridus*, Abbas Scotorum, Bedæ præceptor, clar. 680.

44. *Eulalius*, Zenonopoleos in Iſauria Ep. Concilio C. P. interfuit an. 681.

45. *Julianus Pomerius*, Archiep. Toletanus, ob. ann. 690.

46. *Arnulphus*, Ep. Gallicanus, vix an. 690.

47. *Fœlix*, Archiep. Toletanus, præfuit Concilio Tolet. XVI. an. 693. quo an. ob. Non Liquet.

48. *Angradus*, monachus Fontanellenſis, ob an. 695.

SECULUM VIII.

ab A. C. 700. ad A. C. 800.

1. *Joannes*, Carpathiorum Ep. Photio Cod. 202. memoratus, huic an ſuperiori ſæculo ſit aſcribendus N. L.

2. *Jobius*, Monachus, ex quo multa exhibet Photius Cod. 222. quando vixerit N. L. tantum conſtat, eum, poſtquam Dionyſius Pſeudo-Areopagita orbi innotuit, claruiſſe, forſan circa hujus ſæculi initium.

3. *Aldhelmus*, Anglus, Inæ Regis nepos, primus Ep. Shirburnenſis ob. an. 709.

4. *Gregorius*, II. ab. an. 714. Papa, ob. an. 731.

5. *Venerabilis Beda*, Monachus & Presbyter Anglus, natus ann. 663. denatus an. 734.

6. *Germanus*, Patr. C. P. clar. an. 719. ob. an. 740.

7. *Coſmas Hieropolitanus*, ut aliqui volunt, Hagiopolites dictus, & Maiumæ Ep. ἀνὴρ εὐφυέστατος, uti vocat Suidas, clar. an. 740. forſan idem qui Patr. Alexandrinus erat an. 743.

8. *Gregorius*, III. ab an. 731, Papa, ob an. 741.

9. *Georgius Hamartolus*, vix. circ. an. 741.

10. *Anaſtaſius*, S. Euthymii in Palæſtina Abbas, clar. an. 749.

11. *Joannes*, Patria Damaſcenus, Manzur ſeu Chryſorrhoas dictus, clar. an. 730. ob. an circ. 750.

12. *Marcus*, Ep. Hydruntinus, clar. an. 750.

13. *Euſtathius*, Ep. Theſſalonicenſis, clar. an. 750.

14. *Zacharias*, natione Græcus, ab an. 742. Papa, ob. an. 752.

15. *Joannes* Patr. Hieroſolymitanus clar. an. 754.

16. *Bonifacius*, ab an. 722. Germanorum Apoſtolus, ab. an. 745. Archiep. Moguntinus, Martyrio coronatus an. 754.

17. *Antonius*, Monachus, Meliſſa dictus, vixiſſe putatur circ. an. 756.

18. *Stephanus*, II. ab an. 752. Papa ob. an. 757.

19. *Verus*, Arauſicanus in Gallia Ep. clar. an. 760.

20. *Marcellinus*, Anglus, Presbyter & Monachus Eboracenſis, una cum undecim aliis, an. 690. ad Germaniam convertendam miſſus, ob. an. circ. 761, vel, ut alii, 731.

21. *Paulus* I. ab. an. 757. Papa, ob. an. 767.

22. *Godeſcalchus*, Canonicus Leodienſis, vix. an. 770.

23. *Ambroſius Ansbertus*, Gallus, Monachus, ac poſtremo Cœnobii ad Fontes Vulturni Abbas, clar. an. 760. ob. an. 778.

V.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn769151086/phys_0018
DFG

24. *Leo*, Ravennatum Archiep. flor. circ. an. 780.

25. *Willibaldus*, Anglus, regio stemmate ortus, ab an. 747. Ep. Eicstatensis, ob. 781.

26. *Georgius*, Monachus, Tarasii Patr. C. P. Syncellus, vix. an. 792.

27. *Georgius Theophanes*, itidem Monuchus & Confessor, Syncello familiaris, vix. an. 792.

28. *Hadrianus* I. ab ab. 772 Papa, ob. an. 795.

29. 30. *Heterius*, Uxamensis in Hispania Ep. & *Beatus* Presbyter adv. Elipandum Toletanum, circ. ann. 796. scripserunt.

31. *Dacrianus*, Abbas, O. B. quando vixerit N. L. sunt qui illum octavo huic sæculo ascribunt.

SECULUM IX.

ab A. C. 800. ad A. C. 900.

1. *Nicephorus Chartophylax*, clar. forsan. circ. an. 800.

2. *Joannes Scotus*, vel Chrysostomus, clar. an. 800.

3. *Paulus Wanfridus*, Longobardus, Diaconus Aquileiensis, dein Desiderii Regis Longobard. Cancellarius, & cum eo captus an. 774. ob. circ. an. 801.

4. *Carolus I. & Magnus, Imp. imperare cæpit, A. C* 800. *obiit A. C.* 814.

5. *Ludovicus I. Pius dictus, imperare cæpit A. C.* 814. *ob. A. C.* 840.

6. *Paulinus*, Patricius Aquileiensis, ob. ann. 802. vel 803.

7. *Albinus Flaccus Alcuinus*, Anglus, O. B. Caroli M Magister, quiejus suasu Academiam Parisiensem erexit, factus dein Abbas Turonensis, ob. an. 804.

8. *Usuardus*, Monachus, Gallus, O. B. & S. Salvatoris Abbas, Martyrologus, ob. circ. an. 806.

9. *Ludgerus*, Ep. Monasterienſis, ob. an. 809.

10. *Claudius Scotus*, Ep. Taurinensis, errorum Ecclesiæ Rom. suo tempore fortis oppugnator, clar. an. 812. ob. an. 824.

11. *Amalarius*, Metensis Diaconus non Amalarius ille Fortunatus Archiep. Trevirensis, scripsit de divinis officiis, clar. ab. ann. circ. 816. usque ad an. 836.

12. *Chrodogandus*, Ep. Metensis, Pipini nepos, clar. an. 820. quamvis alii, 760. claruisse volunt.

13. *Theodulfus*, Abbas Floriacensis, & ab an. 794. Ep. Aurelianensis, ob. circ. an. 821.

14. *Sedulius*, Scotus, Sacræ Scripturæ interpres, clar non an. 350, nec 378, nec 430, nec 494, sed circ. ann. 818. quod in dissertationibus fusius probat *Labbæus*.

15. *Josephus*, Archiep. Thessalonicensis, Theodori Studitæ frater, clar. circ. an. 820.

wilhelmus vide Guilielmus.
winchelseius vide Robertus.
walleis vide Thomas.
wicklef vide Johannes.
waldensis vide Thomas.
weathamsted vide Johannes.
wimfelingius vide Jacobus.
XVI. 8. Wernerus Rolfinck Westphalus.

Ximenius vide Franciscus.

II. 25. Zoticus Armenus.
III. 30. Zeno Veronensis.
VI. 23. Zacharias Scholasticus sive Mitylenensis.
VIII. 14. Zacharias Græcus & Romanus.
XII. 10. Zacharias Chrysopolitanus.
17. zigabenus.
zonoras vide Johannes.
zabarella vide Franciscus.

Fœminæ.

IV. 3. Anastasia martyr.
IV. 42. Proba Falconia.
XI. 22. Eudocia Imperatrix Constantinopolitana.
XII. 59. Elisabetha Schonhaugiensis.
XII. 71. Hildegardis Abbatissa.
XIV. 3. Mechtildis Helfeldensis virgo sanctimonialis.
XIV. 70. Brigitta Sveca.
XIV. 74. Catharina Senensis virgo claustralis.

FINIS.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn769151086/phys_0044
DFG

ATque ita ad finem, gratiâ Θεανθρώπε affulgente, perductæ sunt tabulæ hæ bipertitæ, quas studiosis in primis adolescentibus commendo, & ut præ Abaco SS. EE. Labbei & Bellarmini Chronologia SS. EE. his imprimis diligenter utantur, moneo, quia meliores hactenus nondum prodierunt.

Possunt autem ex hoc indice plures alii minores, pro cujusque usu & arbitrio confici. Poterit quilibet excerpere pro lubitu, indiculos, consilio & instituto suo inservientes. Alius (1) hæreticorum, alius (2) schismaticorum, (3) alius è gentili impietate ad Deum conversorum. (4) alius illorum, qui etiam in spissis Ecclesiæ tenebris, blasphemiis judæorum damnatis, Christiani facti sunt, quos inveniet, XI. 24. XII. 1. XIV. 40. XV. 3. & 27. Atque ita multiplicem utilitatem hæ tabulæ promittunt & præstant.

Brevis Chronologia Theologorum, Patrum & & Scholasticorum Ecclesiæ Doctorum, ex Thesauro Chronologiæ J. H. Alstedii, secundæ editionis Herbornensis Nassovicæ, A. C. 1628. numeris 41, 43. & 44. paginis 400. 407, 433, 438. deprompta.

Theologi Anno Christiano 34. CHRISTUS instruit undecim *Apostolos Matth.* 28. & illos induit Spiritu Sancto *Actor.* 2. Nomina apostolorum hæc sunt: Simon Petrus, Andreas frater Petri, Jacobus filius Zebedæi, Johannes frater Jacobi, Philippus, Bartholomæus, Thomas, Matthæus, Jacobus Alphæi, Judas Jacobi frater, Simon Cananites. His undecim accessit Matthias, in locum Judæ Iscariotis *Act.* 1. His Theologis adduntur Marcus & Lucas Evangelistæ: Paulus Apostolus: LXX. discipuli Christi *Luc.* 10. Vide *Chronologiam* conversionis populorum. Ætas Theologiæ tempore Patrum hæc est. *Patres* peculiari nomine dicuntur excellentes illi Theologi, qui proxime secuti sunt Apostolos, ab A. C. 60. usque ad an. 1020. De his vide peculiarem Chronologiam. Aliàs tempore Patrum vixerunt etiam alii Theologi, hoc ferè ordine. a. 70. *Martialis*, episcopus Lemovicensis, claret. a. 80. *Quadratus*, vidit multos à Christo sanatos. a. 100. *Papias* discipulus Johannis, postea author fuit Chiliastarum. a. 110. *Aristides* philosophus apologiam scribit pro Christianis. a. 130. *Marcus*, primus episcopus gentilis, Hierosolymæ creatus, non quòd Hierosolyma adhuc fuerit, sed quia episcopi Hierosolymitani fuerunt appellati ratione juris, ut loquuntur, non tatione facti. a. 150. *Melito* Sardensis episcopus floret: & *Polycrates* Ephesiorum episcopus a. 170. a. 177. *Egesippus* ex judæo fit Christianus. a. 180. *Apollinaris*, episcopus Hierapolitanus floret: item *Dionysius episcopus Corinthiacus*. *Bardesanes Syrus* scribit contra Marcionem. *Apollinius* philosophus in senatu reddit rationem de Christianâ religione, & ob id decollatur. a. 180. *Attalus* fit martyr. 190. *Pantænus*, philosophus Christianus & Theologus, præceptor Clementis Alexandrini floret. a. 200 *Symmachus*, interpres Bibliorum claret: item *Agrippinus* episcopus. a. 222. *Julius Africanus*, chronologus & theologus, scribit. a. 226. *Ammonius Alexandrinus* scribit canones evangelicos, sive harmoniam evangelicam. a. 230. *Ammonius* philosophus Christianus docet Alexandriæ. a 240. *Babylas*, episcopus Antiochenus, floret. Fit martyr sub Decio. a. 250. *Paulus*. primus Eremita, manet in deserto usque ad Constantinum M. a. 254 *Cornelius Papa* scripsit epistolas. a. 260. *Sixtus II.* Papa & martyr scripsit librum sententiarum sive proverbiorum. a. 260. *Dionysius* episcopus Alexandrinus floret. a. 270. *Victorinus* episcopus Pictaviensis & martyr floret. Ejus commentarius in Apocalypsin extat. a. 280. *Anatolius*, Laodicéæ episcopus, & *Archelaus*, episcopus Mesopotamiæ, florent. a. 285. *Methodius Græcus*, episcopus Tyri & martyr, scripsit quædam, quorum fragmenta extant. *Dorotheus Tyrensis* scripsit synopsin de vitâ prophetarum & discipulorum Christi. *Pierius*, presbyter Alexandrinus, dictus Origenes junior, floret. a. 306. *Constantinus M.* Imp. scripsit & habuit varias orationes Latinas, è quibus hodiè una tantùm supersest, pulchra sanè & luculenta de CHristi adventu & Deitate. a. 310. *Antonius* eremita incipit florere: item *Hosius* Cordubensis episcopus, & *Pamphilus* martyr. a. 312. *Lucianus* instaurat versionem Bibliorum. a. 326. *Eusebius* Pamphili episcopus Cæsariensis scripsit Theologica & chronologica. Fuit Arianus, imò signifer & princeps Arianorum, ut ait Hieronymus. *Paphnutius* confessor hoc etiam tempore floret. a. 330. *Antonius* abbas scripsit septem epistolas linguâ Ægyptiacâ. *Juvencus* presbyter historiam evangelicam vertit carmine. a. 340. *Pachomius* ex milite gentili fit monachus, æqualis & discipulus Antonii eremitæ. a. 340. *Serapion* episcopus scripsit contra Manichæos. a. 340. *Julius Maternus Firmicus* scripsit librum de mysteriis & erroribus profanarum religionum. an. 350. *Lucifer episcopus Galaritanus* facit schisma, & fit pater Lucifernorum. *Spiridion* uxoratus Cypri episcopus floret. a. 350. *Marius Victorinus Afer* in senectute convertitur. Fuit Hieronymi præceptor. a. 350. *Gregorius Baticus* in Hispaniâ agit episcopum, *Sebadius Agennensis* in Galliâ. a. 360. *Pacianus* episcopus Barcinonensis: scripsit epistolas tres contra Novatianos. a. 361. *Didymus Alexandrinus*, episcopus Turonensis, cæcus à primâ ætate, dictavit opera plurima & nobilissima. a. 365. *Titus* Bostrenus episcopus scribit contra Manichæos. a. 365. *Metrophanes* episcopus floret. a. 365. *Cyrillus Hierosolymitanus* scribit Catecheses. a. 368. *S. Martinus* audit Hilarium: postea fit episcopus Turonensis. *Apollinaris*, sive Apollinarius, episcopus Laodicenus, scripsit innumerabilia. Nunc extant solùm psalmi Davidis ab ipso carmine heroico descripti. a. 368. Sanctus *Ephrem* diaconus Edessenus varia scripsit. *Hilarion* monachus claruit. a. 369. *Damasus* Pontifex scribit nonnulla. *Faustinus* diaconus scripsit coatra Arianos tempore Damasi. a. 374. *Philo Carpathius* scribit in Canticum canticorum. *Vigilius* episcopus Tridentinus hoc tempore floret. Est alius à Vigilio, qui Patribus annumeratur. Is enim vixit an. 495. a. 380. *Philastrius* episcopus Brixiæ scribit librum de hæresibus usque ad sua tempora. a. 380. *Idacius Clarus*, episcopus Hispanus, scribit. *Amphilochius* Iconii episcopus, fuit doctissimus philosophus & Theologus, adeò, ut Hieronymus ipsum faciat æqualem Basilio & Gregorio Nazianzeno. Quædam ipsius scripta extant. a. 390. *Theophilus*, Alexandrinæ ecclesiæ episcopus, Hieronymi æqualis, scripsit tres epistolas paschales. Eodem tempore vixit *Johannes*, episcopus Hierosolymitanus, & *Ruffinus*, presbyter Aquileiensis, uterque Hieronymi æmulus. Huc etiam collocantur *Diadochus*, *Palladius Galata*, *Gaudentius* episcopus Brixiensis, *Aurelius Prudentius* & *Chromatius*, episcopus Aquileiensis, quorum omnium scripta hodiè extant. a. 410. & 420. Hoc tempore florent *Isidorus Pelusiota* monachus, *Maximus* episcopus Taurinensis, *Synesius* episcopus Ptolemaidis, *Paulinus* episcopus Nolanus, *Severus Sulpicius*, *Lucianus* presbyter, *Paulus Orosius* presbyter Hispanus, *Hesychius* monachus, *Proclus* episcopus Constantinopolitanus, *Marcus Eremita*, *Nonnus Panopolitanus*. a. 430. *Sedulius* presbyter, scripsit carmine & prosâ. Ab aliis collocatur sub an. 330. *Eusebius Emesenus* scripsit varias homilias. *Sixtus III.* Papa scripsit epistolas. a. 440. Hoc tempore florent & scribunt, *Eucherius* episcopus Lugdunensis, *Claudianus Mamertus* episcopus Viennensis, *Sidonius Apollinaris* episcopus Arvernensis, *Johannes Cassianus* Massilienssis presbyter in Galliâ, *Vincentius Lirinensis* presbyter, *Socrates* & *Sozomenus*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn769151086/phys_0045
DFG

menus ſcriptores hiſtoriæ eccleſiaſticæ, *Petrus Chryſologus* epiſcopus Ravennas, *Leo Magnus* Papa, *Flavianus*. a. 445. *Nilus* monachus Conſtantinopolitanus, *Simeon Stylita* (ſic dictus, quòd annis 81 ſteterit in columnâ) *Hilarius Arelatenſis*, *Theodulus* epiſcopus in Cœloſyriâ, *Proſper*, *Aquitanicus Arnobius junior* florent & ſcribunt. a. 460. *Theodorus* presbyter, & *Salvianus* epiſcopus Maſſilienſis ſcribunt, *Fauſtus Regienſis* in Galliâ, *Salonius* epiſcopus Viennenſis, Eugerii filius, & *Remigius* epiſcopus Rhemenſis florent. a. 490. *Æneas Gazius*, *Cerealis* epiſcopus Africanus, *Victor Uticenſis* epiſcopus, *Gennadius Maſſilienſis* epiſcopus, & *Pomerius* presbyter florent & ſcribunt. a. 492. *Gelaſius* Papa ſcribit. a. 495. *Gelaſius Cizycenus*, *Gilda Sapiens*, *Paſchaſius* diaconus Cardinalis, *Cæſarius Arelatenſis* epiſcopns & *Caſſiodorus* clarent & ſcribunt. a. 500. *Andreas* epiſcopus Cæſareæ Cappadociæ, *Ennodius*, *Petrus Diaconus*, *Boëtius* philoſophus & Theologus, clarent & ſcribunt. a. 510. *Eugippius* abbas Africanus floret. a. 520. *Marcellinus Comes*, *Johannes Maxentinus* monachus & presbyter Antiochenus, *Fortunatus* epiſcopus Pictavienſis, & *Avitus Alcimus* epiſcopus Viennenſis, florent & ſcribunt. a. 525 *Dionyſius Exiguus* ſcripſit cyclum Paſchalem & collectionem ſacrorum canonum. Idem omiſsâ profanâ numeratione annorum ab imperio Diocletiani perſecutoris, numerare cœpit ab incarnatione JEſu Chriſti. a. 530. *Victor Africanus* epiſcopus ſcribit ad Hunericum regem Vandalorum de ratione fidei Catholicæ. a. 540 *Leontius Byzantinus* monachus ſcribit contra Neſtorianos & Eutychianos. *Victor Capuanus* epiſcopus etiam hoc tempore ſcribit: item *Juſtus Orgelitanus* epiſcopus, & *Arator* poëta. a. 544. *Anaſtaſius Sinaita* ſcribit. a. 545. *Junilius*, epiſcopus Africanus, & *Primaſius*, diſcipulus Auguſtini. & Junilio familiaris, itidem epiſcopus Africanus Uticæ vel Juſtinopilis, ſcribunt. a. 560. *Martinus* Dumienſis abbas, & poſtea epiſcopus Bracarenſis, ſcribit: item *Procopius Gazæus*, *Johannes Climacus*, *Dorotheus Archimandrita*, *Medardus* epiſcopus Noviomenſis, *Datius Mediolanenſis* epiſcopus, & *Liberatus* archidiaconus Carthaginienſis. a. 570. *Venantius Fortunatus* epiſcopus Pictavienſis ſcribit. a. 580. *Rupertus* Bavarorum apoſtolus: item *Auguſtinus & Mellitus* Anglorum apoſtoli florent. a. 596 *Euagrius Scholaſticus*, & *Gregorius Turonenſis* epiſcopus ſcribunt. a. 600. *Gregorius Magnus* Papa ſcribit. a. 601. *Heſychius* epiſcopus Hieroſolymitanus ſcribit. a. 630. *Sophronius* epiſcopus Hieroſolymitanus ultimus floret ac ſcribit. a. 630. *Jonas Hybernus* aliàs Anglus, Angliam, Gallias & Italiam mirificè illuſtrat ut novus quidam apoſtolus. a. 640. *Eligius* epiſcopus Noviomenſis ſcribit: & *Adrianus* epiſcopus Northumbrorum in Scotiâ floret, item Arbogaſtus epiſcopus Argentoratenſis. a. 650. *Eſaias* abbas floret: & *Maximus* monachus Conſtantinopolitanus ac martyr ſcribit. a. 652. *Audoënus* ſive *Dado*, epiſcopus Rotomagenſis claret. a. 653. *Hildephonſus* epiſcopus Toletanus ſcribit. a. 670. *Cæſarius* Lirinenſis abbas floret. a. 680. *Smaragdus* abbas in Angliâ, & *Kilianus* Scotus epiſcopus Herbipolenſis, florent. *Julianus* epiſcopus Toletanus, & *Anaſtaſius* epiſcopus Nicænus, ſcribunt. a. 710. *Bonifacius* archiepiſcopus Germanicus ſive Moguntinus, aliàs Venofridus, claret, ac ſcribit epiſtolas. Coronatus eſt martyrio. a. 715. *Gregorius Junior* ſive II, Papa, ſcribit: item *Anthelmus* epiſcopus in Scotiâ, & *Marcellinus* presbyter. a. 720. *Othmarus* monachus claret. Ab hoc *lagena Othmari* abiit in proverbium. *Germanus* epiſcopus Conſtantinopolitanus ſcribit hoc tempore. a. 740. *Coſmas*, Johannis Damaſceni ſocius, floret: item *Antonius Meliſſa* monachus. a. 760. *Rupertus* epiſcopus Wormatienſis, & *Clemens Antiſiodorenſis* epiſcopus, diſcipulus Bedæ, florent. *Johannes Mailroſius* Scotus, & *Johannes Hieroſolymitanus* patriarcha florent. a. 770. *Paulus Diaconus*, charus Deſiderio regi & Carolo M. ſcribit: & *Hadrianus* I. Papa, an. 772. a. 780. *Paulinus* Aquileienſis epiſcopus ſcribit: item *Albinus* ſeu *Alcuinus*, Anglus, Bedæ diſcipulus, & Caroli M. præceptor atque familiaris. a. 811. *Nicephorus* epiſcopus Conſtantinopolitanus ſcribit. a. 812 *Uſuardus* monachus ſcribit martyrologium. a. 812. *Ludgerus*, primus epiſcopus Monaſterienſis, floret: item *Eginartus* cancellarius Caroli M. a. 820, *Paſchaſius Ratbertus* abbas Corbeienſis, *Anſgarius* monachus Corbeienſis, *Claudius Scotus*, *Jonas Aurelianenſis & Theodorus Studites*, clarent ac ſcribunt. 830. *Halitgarius* epiſcopus Cameracenſis, *Amalarius Fortunatus epiſcopus* Trevirenſis, *Nithardus* Caroli M. nepos ex Berthâ filiâ, *Freculphus* epiſcopus Lexovienſis, & *Hilduinns* abbas S. Dionyſii florent & ſcribunt. a. 835. *Theodulphus* epiſcopus Aurelianenſis ſcribit. a. 840. *Strabus Fuldenſis*, monachus, Rabani diſcipulus, ex operibus magiſtri decerpit gloſſam, quæ dicitur ordinaria, in ſcripturas utriuſque Teſtamenti: quæ poſtea aucta & ornata fuit à poſterioribus. a. 850. *Bertramus*, presbyter in Galliâ, floret ac ſcribit: item *Eulogius* martyr epiſcopus Toletanus: item *Angelomus* monachus Gallus, *Chriſtianus Druthmarus* monachus itidem Gallus; *Walafridus Strabo* abbas Augiæ, & *Simeon Metaphraſtes*. a. 858. *Nicolaus I.* Papa, *Photius* patriarcha ſive epiſcopus Conſtantinopolitanus, *Nicetas David*, *Anaſtaſius* bibliothecarius & abbas Romanus, ſcribunt. an. 860. *Hincmarus* archiepiſcopus Remenſis ſcribit. a. 870. *Huldericus* epiſcopus Auguſtanus ſcribit: item *Johannes Diaconus*, *Aimoinus monachus & Ado* epiſcopus Viennenſis. a. 880. *Othfridus & Paſchaſius* florent. an. 890. *Remigius Antiſiodorenſis* ſcribit: item *Ambroſius Ansbertus*. a. 900. *Leo VI.* Imp. Conſtantinopolitanus, cognomento Sapiens, ſcripſit orationes itemque epiſtolam ad regem Saracenorum de Chriſtianæ fidei veritate. a. 906 *Marcus Eremita*, *Rheginoabbas*, *& Radulphus Flaviacenſis* ſcribunt. a. 946. *Luitprandus Ticinenſis*, *& Witichindus* monachus Corbeienſis, ſcribunt. *Hadamarius* item abbas Fuldenſis, & *Giſelbertus* monachus, florent. a. 960. *Moſes Barkepha*, epiſcopus Syrus, ſcribit. a. 990. Huc à quibuſdam collocatur *Smaragdus* abbas in Angliâ. a. 1010. *Fulbertus* Carnotenſis epiſcopus, *Burchardus* epiſcopus Wormatienſis, & *Berno* abbas Augienſis ſcribunt. a. 1050. *Scholaſticos* vide in Chronologiâ propriâ. Ætas Theologiæ ſub Scholaſticis. 1050. *Glaber Radulphus* monachus, *Hermannus Contractus* ex familiâ Comitum Zeringenſium monachus Augiæ prope Conſtantiam, & *Leo* IX. Papa, ſcribunt. a. 1060. *Humbertus Cardinalis & Petrus Damiani* ſcribunt: item *Adelmannus* epiſcopus Brixienſis, & *Hsymo* archidiaconus Cantuarienſis. a. 1070. *Georgius Cedrenus*, *Ado* Trevirenſis epiſcopus, *Adamus* Bremenſis Canonicus & *Johannes Curopalates* ſcribunt. a. 1077. *Anſelmus* Lucenſis epiſcopus ſcribit eodem fere tempore, quo *Anſelmus Cantuarienſis*, de quo vide Chronologiam Scholaſticorum. Hoc etiam tempore ſcribunt *Anſelmus Laudunenſis*, author gloſſæ interlinearis, *Bertholdus Conſtantienſis*, *Johannes Micrologus*, *Olympiodorus*, *Lambertus Schafnaburgenſis & Ingulphus Anglus*. Quidam *Olympiodorum* collocant ad an. 570. quidam ad 800. a. 1080. *Marianus Scotus* monachus Fuldenſis, *Bruno* Carthuſianorum inſtitutor, & *Ivo* Carnotenſis epiſcopus, ſcribunt. a. 1090. *Samuel Marochianus*, ex judæo Chriſtianus, ſcribit contra judæos. a. 1110. *Leo Oſtienſis*, *Zacharias Chryſopolitanus*, *Sigebertus* hiſtoricus monachus, *Godfridus* abbas Vindocinenſis, *Berengoſius* abbas, *Euthymius Zigabenus*, *Johannes Zonaras* monachus, & *Rupertus* abbas Tutienſis, ſcribunt. a. 1130. *Algerus* monachus, *Hildebertus* archiepiſcopus Turo-

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn769151086/phys_0046
DFG

ronensis, & *Petrus Cluniacensis* abbas æqualis Bernhardi & Hugonis de sancto Victore, scribunt. a. 1145. *Otthо Frisingensis* scribit. a. 1177. *Theorianus*, *Hugo Etherianus*, *Arnoldus Carnotensis*, *Johannes Saresberiensis*, & *Gulielmus Tyrius*, scribunt. a. 1190 *Gothefridus Viterbiensis*, *Theodorus Balsamon* patriarcha Antiochenus, & *Joachimus* abbas scribunt. a. 1200. *Innocentius III.* Papa scribit. Ejus opera duobus tomis continentur. a. 1215. *Conradus Urspergensis* abbas scribit. a. 1220. *Antonius de Padua* claret. a. 1240. *Jacobus à Vitriaco*, episcopus Tusculanus, scribit. a. 1245. *Hugo de S. Caro* scribit brevia commentaria in universa Biblia: item Concordantias Biblicas. a. 1265. *Robertus Sorbona*, author collegii Sorbornæ apud Parisienses, scribit: item *Thomas Cantipratensis*. a. 1290. *Raimundus Lullius* varia scribit in philosophiâ & Theologiâ. a. 1305. *Nicephorus Callistus* scribit: item *Idiota*, qui nomine proprio suppresso edidit libros quinque Contemplationum, regulas 12. vitæ Christianæ, & quædam alia. a. 1320. *Nicolaus Lyranus*, aliâs de Lyra, ex judaismo conversus ad fidem Christianam, & Ordine minorum assumto, scripsit, Postilla sive commenrarium in universa Biblia. a. 1330. *Guido Carmelita* scribit de omnibus hæresibus: *Petrus Bertrandus* de jurisdictione ecclesiastica: *Astesanus Astensis*, summam casuum conscientiæ: *Landulphus Carthusianus*, commentarium in psalmos, & historiam vitæ Jesu Christi. a. 1340. *Simon de Cassia*, & *Nicolaus Cabasila* archiepiscopus Thessalonicensis scribunt. a. 1350. *Richardus Radulphus*, Armachanus Archiepiscopus, floret. a. 1360. & 1370. *Franciscus Petrarcha*, & *Johannes Taulerus* scribunt. *Johannes Wiclef* docet in Anglia. a. 1380. *Johannes Rusbrochius* scribit. a. 1410. *Vincentius Ferrerius* floret. a. 1414. *Johan. Huss*, & *Hieronymus de Praga* docent. a. 1430. *Paulus Burgensis*, ex judæo Christianus episcopus, scribit additiones ad Postilla Lyrani. an. 1438. *Bernhardus Senensis* scribit varias homilias. a. 1440. *Johannes de Capistrano*, *Alphonsus Tostatus* & *Antonius Florentinus* scribunt. a. 1450. *Æneas Sylvius*, postea Papa Pius II, scribit. a. 1460. *Laurentius Justinianus*, primus patriarcha Venetus, scribit: item *Bessarion Cardinalis*, *Gregorius Scholarius*, *Georgius Protosincellus*; item *Dionysius Carthusianus* & *Thomas de Kempis*, uterque Belga, & sanctimoniæ studiosus. a. 1480. *Ambrosius Camaldulensis*, *Pacificus* monachus, *Angelus Clavasius* (author summæ casuum conscientiæ, quæ dicitur angelica (*Baptista Travamala*, (author summæ casuum conscientiæ, quæ dicitur Rosella) *Johan. Picus*, & *Marsilius Ficinus*, scribunt.

PATRES, qui sic per excellentiam vocantur, dividuntur in tres classes sive ordines, ita ut quilibet ferè ordo trecentos propemodum complectatur annos. Prima classis Patrum ante concilium Nicenum. a. 60. n. 1. *Dionysius Areopagita*, fuit discipulus apostoli Pauli *Act.* 17. a. 70. n. 2. *Clemens Romanus*, Papa & martyr sub Trajano. a. 71. n. 3. *Ignatius* hoc anno fit episcopus Antiochenus, tertius post Petrum & Euodium. a. 71. n. 4. *Polycarpus*, episcopus & martyr, fuit æqualis Ignatii, & supervixit usque ad imperium M. Antonini. a. 72. n. 5 *Hermes*, quem Paulus salutat *Rom.* 16. a. 150. n. 6. *Justinus Martyr & Philosophus* scripsit apologiam pro Christianis an. 150. à nativitate Christi. a. 155. n. 7. *Athenagoras*, æqualis Justini fuit, & insignem quoque apologiam pro Christianis scripsit, quæ unà cum libro de resurrectione extat. a. 170. n. 8. *Theophilus* episcopus Antiochenus, sextus à S. Petro. a. 170 n. 9 *Tatianus*, Justini auditor, post martyrium Justini defecit à fide, & factus est hæresiarcha. a. 180. n. 10. *Irenæus* scripsit multa, é quibus duntaxat quinque libri ad nos pervenerunt. a. 203. n. 11. *Tertullianus*, tertius scriptor Latinus post Apollonium & Victorem, fuit presbyter Carthaginensis, & initio ardentissimi zeli; deinde in Montani hæresin prolapsus strinxit calamum adversus orthodoxos. a. 204. n. 12. *Clemens Alexandrinus*, presbyter ecclesiæ istius loci, fuit Pantæni martyris discipulis, & Origenis præceptor. a. 226. n. 13. *Origenes Adamantius*, deceptus ex Platonis philosophiâ, in multos incidit errores. a. 233. n. 14. *Gregorius Neocæsarienses* episcopus, fuit auditor Origenis, & à magnitudine miraculorum appellatur Thaumaturgus. a. 240. n. 15. *Cæcilius Cyprianus*, ex mago episcopus Carthaginensis, diligentissimè legit Tertullianum. a. 285. n. 16. *Arnobius*, factus ex pagano Christianus, scripsit contra Porphyrium, & contra gentes. a 290. n. 17. *Lactantius Firmianus*, Arnobii auditor, pervenit in senectute ad principatum Constantini Magni. Secunda classis Patrum à Concilio Niceno usque ad Phocam Imp. In *secundo ordine* sunt Patres XX. qui claruèrunt à Concilio Niceno id est, ab anno 326. usque ad an. 602. quo Phocas cœpit imperare, vel, si malis, ad an. 681. quo celebrata fuit sexta & ultima synodus œcumenica, nempe Constantinopolitana III. Series talis est. a. 326. n. 1. *Athanasius*, episcopus Alexandrinus, multifariam fuit exercitus ab Arii sectatoribus. a. 340. n. 2. *Macarius*, cognomento Senior, scripsit homilias LII. a 355 n. 3. *Hilarius* Pictavorum in Galliâ episcopus, fuit Athanasii æqualis. a. 365. n. 4 *Optatus Milevitanus*, episcopus ejus loci in Africâ, floruit. a. 370. n. 5. *Basilius Magnus*, archiepiscopus Cæsarienses in Cappadociâ, floruit sub Valente. a. 370 n. 6. *Gregorius Nazianzenus*, episcopus ejus loci, cognomento Theologus, fuit æqualis Basilii & studiorum comes. a. 370. n. 7 *Epiphanius*, Salamine Cypri episcopus, floruit sub Valente, Gratiano & Theodosio. a. 374. n. 8. *Ambrosius*, episcopus Mediolanensis, Gratiano & Theodosio imperantibus floruit. a. 380. n. 9. *Gregorius Nyssenus*, episcopus ejus loci uxoratus, fuit frater Basilii, interfuit Concilio Constantinopolitano primo, & scripsit symbolum in eâ synodo editum. a. 385. *Hieronymus*, Stridonensis episcopus, floruit anno 14. Theodosii, ut ipse de se testatur. a. 390. n. 11. *Aurelius Prudentius*, poëta, floruit sub Theodosio seniore & filiis ejus. a. 398 n. 12. *Johannes Chrysostomus*, primò versatus in foro, postea factus monachus, tum presbyter Antiochenus, denique episcopus Constantinopolitanus, non sine causâ vocatur Demosthenes Christianorum. a. 420. n. 13. *Augustinus*, episcopus Hipponensis in Africâ, fortissimè pugnavit contra Manichæos, Donatistas, Anthropomorphitas, Helvidianos, & Pelagium. a. 430. n. 14 *Cyrillus*, episcopus Alexandrinus, imperante Theodosio juniore præfuit concilio Ephesino coacto contra Nestorium. a. 430. n. 15. *Theodoretus*, episcopus Cyri, fuit æqualis Cyrilli, & aliquando etiâ adversarius, utpote Nestorianus: sed resipuit. a. 440. n. 16. *Leo Magnus*, Papa, scripsit homilias & epistolas. a. 445. n. 17. *Prosper Aquitanus*, episcopus Rhegiensis in Galliâ, scripsit chronologica & theologica, in quibus etiam sunt quædam carmina. a 495. *Vigilius* scripsit libros valde eruditos contra Nestorium & Eutychen. a. 500. n. 19. *Fulgentius Carthaginensis*, fuit episcopus Ruspensis. a. 596. n. 20. *Isidorus Junior*, episcopus Hispalensis, scripsit philologica, historica & Theologica. Tertia classis Patrum à Concilio Constantinopolitano III. usque ad Scholasticos. *In tertio ordine* sunt Patres VII. qui, exceptis duobus ultimis, floruerunt inde ab an. 681. usque ad an. 1050. quo Scholastici cœperunt. a. 700. n. 1. *Beda Venerabilis*, presbyter in Anglia, scripsit multa, quæ octo tomis comprehenduntur. a. 731. n. 2. *Johannes Damascenus*, æqualis fuit Bedæ, & ut hic occidentem, ita ille orientem illustravit. a. 830. n. 3. *Rabanus Maurus*, abbas Fuldensis, & postea episcopus Moguntinus, multa scripsit prosâ & versu. a. 850. n. 4. *Haymo*, episcopus Halberstadensis, fuit Bedæ consanguineus & Alcuini discipulus. a. 880. n. 5. *Theophylactus*, archiepisco-

piſcopus Bulgarorum, videtur hoc tempore vixiſſe. a. 1070. n. 6. *OEcumenius*, ſcriptor Græcus à quibusdam collocatur in an. 800. ab aliis in an. 900. a. 1120. n. 7. *Bernhardus*, abbas Claravallenſis, refertur in Catalogum Patrum, etſi vixerit tempore Sholaſticorum.

Scholaſticorum ætas prima eſt à Lanfranco ad Albertum M. *Scholaſtici*, qui ſic appellantur κατ' ἐξοχὴν, ſimiliter ut Patres, dividuntur in tres claſſes ſive ætates. *Prima ætas*, & veluti protaſis Theologiæ ſcholaſticæ, eſt ab A. C. 1050. uſque ad an. 1250. Complectitur ſcholaſticos XII. hoc ordine. a. 1050. *Lanfrancus*, archiepiſcopus Cantuarienſis, diſputavit in Concilio Romano adverſus Berengarium. a. 1070. *Guitmundus*, epiſcopus Averſanus, ſcripſit varia opuſcula Gregorio VII. Pontifice. a. 1086. *Anſelmus*, archiepiſcopus Cantuarienſis, ſucceſſit Lanfranco. Ejus opera tribus tomis diſtinguuntur. a. 1130. *Petrus Cluniacenſis*, abbas iſtius loci, fuit æqualis Bernhardi. a. 1130. *Hugo de S. Victore*, natione Saxo, profeſſione Carthuſianus Pariſienſis, fuit æqualis Bernhardi. Multa ſcripſit, quæ tribus tomis comprehenduntur. a. 1130. *Richardus de S. Victore*, Scotus, fuit amiciſſimus Bernhardi & Hugonis. Ejus opera duobus tomis continentur. a. 1140. *Gratianus*, monachus Benedictinus, compilavit Decretum Bononiæ, h. e. collegit Canones. a. 1145. *Petrus Lombardus*, epiſcopus Pariſienſis, eodem tempore floruit, quo Gratianus: & ſicut iſte collegit canones, & Canoniſtarum quaſi magiſter fuit: ſic ille collegit ſententias Theologorũ, & magiſter ſententiarum, item Scholaſticorum dici ſolet. Notantur articuli 26. in quibus diſcipuli Magiſtrum non tenent, ſed rejiciunt. a. 1150. *Petrus Comeſtor*, fuit frater nothus Lombardi. Appellatur Magiſter hiſtoriæ Scholaſticæ, quia ſcripſit in libros hiſtoricos utriuſque Teſtamenti. Dictus fuit comeſter, quia tam crebro in ſuis concionibus & ſcriptis allegaret Scripturam, ut eam veluti comediſſe videretur. a. 1240. *Guilielmus Antiſiodorenſis*, epiſcopus ejus loci, ſcripſit ſummam Theologicam ſcholaſtico more. a. 1240. *Guilielmus Pariſienſis*, epiſcopus ejus loci, varia ſcripſit. a. 1245. *Alexander de Ales* ſive Alenſis, natione Anglus, præceptor Bonaventuræ & Thomæ ſcripſit Summam Theologiæ, & Poſtilla in tota Biblia. Primus commentatus eſt in Lombardum. Appellatus fuit fons vitæ & doctor irrefragabilis. Secunda ætas ſcholaſticorum ab Alberto M. uſque ad Durandum. *Media ſive ſecunda ætas* Theologiæ ſcholaſticæ eſt ab A. C. 1250. ad an. 1320. Complectitur ſcholaſticos XV. hoc ordine. a. 1250. *Albertus*, cognomento Magnus, epiſcopus Ratisbonenſis, multa ſcripſit in philoſophicis & Theologicis. Ab hoc orta eſt prima ſcholaſticorum ſecta, quæ dicitur Albertiſtarum. a. 1250. *Vincentius Bellovacenſis* edidit ſpeculum doctrinale, naturale, hiſtoriale & morale. a. 1255. *Thomas Aquinas*, Italus, natus an. 1224. ſcripſit plurima, quæ hodiè 17. tomis comprehenduntur. Ejus diſcipuli appellantur Thomiſtæ. a. 1260. *Bonaventura*, natione Italus, dignitate Cardinalis, ſcripſit varia, quæ hodiè octo tomis continentur. a. 1265. *Petrus de Tarantaſia* Cardinalis Hoſtienſis floret. Factus eſt Papa, nomine Innocentius V. a. 1280. *Udalricus Argentienſis* ſcribit in Magiſtrum, & eodem tempore *Rupertus de Ruſſia*. a. 1290. *Ægidius Romanus*, acerrimus Thomiſta, floret. a. 1293. *Richardus de mediâ Villâ*, *Henricus Gandavenſis ſive à Gandavo*, & *Johannes Pariſienſis* ſcribunt in Magiſtrum. *Gandavenſis* etiam ſcripſit Quotlibeta, & appellatur doctor ſolennis. a. 1300 *Johannes Duns*, Scotus, cognomento doctor & magiſter ſubtilis, fuit primus & perpetuus Thomæ impugnator. Ejus ſectatores dicuntur *Scotiſtæ*, qui ſunt tertia ſecta Scholaſticorum. a. 1301. *Auguſtinus de Anconâ* ſcribit in Magiſtrum. a. 1310. *Alanus*, doctor univerſalis cognomine, ſcribit. a. 1317. *Petrus Aureolus* & *Antonius Andreæ* commentantur in Magiſtrum. Tertia ætas Scholaſticorum à Durando ad Lutherum, ab anno 1320. ad anno 1520. Complectitur Scholaſticos XXXV. hoc ordine. anno 1320. *Durandus à S. Portiano* ſcribit: item *Hervæus Natalis*, æqualis Durandi. Durandus hic eſt alius ab eo, qui appellatur Speculator, quia ſcripſis Speculum juris. an. 1320. *Franciſcus Mayronis*, *Guil. Occam* (qui Scaligero dicitur lima ſubtilitatis, & initium dedit quartæ ſectæ Scholaſticorum, qui vocantur Occamiſtæ) *Monaldus Dalmata*, *Nicolaus de Lyrâ* & *Pelagius Alvarus* ſcribunt. a. 1330. *Petrus Paludanus*, *Guido Carmelita*, *Adamus Goddam*, & *Johannes de Bacone*, ſcribunt. a. 1349. *Robertus Holkot* Anglus & *Gregorius Ariminenſis* commentantur in Magiſtrum. a. 1350. *Thomas Argentinenſis*, *Richardus Armachanus*, *Nicolaus de Gorram* & *Alphonſus Vargas* commentantur in Magiſtrum. a. 1380. *Henricus de Haſſiâ* & *Marſilius ab Ingen* ſcribunt. a. 1410. *Johannes Capreolus*, & *Petrus ab Alliaco*, epiſcopus Cameracenſis, ſcribunt. a. 1420. *Thomas Valdenſis*, *Johan. Gerſon*, cancellarius Pariſienſis, & *Auguſtinus de Româ*, ſcribunt. a. 1440. *Johannes de Capiſtrano* ſcribit: & an. 1460. *Johannes Baſſolius*. a. 1440. *Johannes de Turrecrematâ*, *Nicolaus de Cusâ cardinalis*, & *Dionyſius Carthuſianus*, ſcribunt. an. 1490. *Gabriel Biel* docet Tübingæ. a. 1500. *Thomas de Vejo Cajetanus*, *Jacobus Almainus*, *Sylveſter Prierias*, *Franciſcus Victoria* & *Dominicus à Soto*, ſcribunt.

Hiſtoricos Eccleſiaſticos, alio tempore, J. J. dabimus.

ERRATA in XII. tabulis.

Tab. I. Sec. III. num. 22. lin. 3. lege ob. an. 265. num. 30. lin. 2. lege martyrium.

Tab. II. S. IV. n. 5. lin. 1. lege Auguſtodunenſis. & IV. 22. 44.

Tab. III. Sec. V. num. 46. lin. 4. lege 47. Theodorus Ancyranus, in Galatiâ Epiſcopus, claruit, an. 430. & omiſſa hæc inſere. num. 76. lin. 4. lege orſus eſt.

Tab. IV. num. 100. lin. 2. dele. vel 461. num. 117. lin. 3. lege. in vivis erat adhuc. Sec. VI. num. 2. lin. 2. lege Novarienſis. num. 10. lin. 1. leg. 10. Alcimus Ecdicius Avitus, Archiepiſcopus Viennenſis, ab an. 490. ob. an. circ. 520. quæ verba omiſſa adſcribenda. num. 50. lin. 2. lege. montis.

Tabul. V. num. 61. lin. 3. lege. Biclarenſi. Sec. VII. num. 8. lin. 4. lege. à judæis occiſus, anno. num. 18. lin. 1. lege. Moſchus. num. 44. lin. 3. lege. interfuit. num. 46. lin. 1. lege. Arnulphus ſive Arnulfus. Sec. VIII. num. 22. lin. 2. lege. Leodienſis.

Tab. VI. num. 27. lin. 2. lege. Monachus & Confeſſor. Sec. IX. num. 10. lin. 2. lege. Taurinenſis. num. 14. lin. 6. lege. Labbeus.

Tab. VII. Sec. XI. num. 10. lin. 2. lege. Gemblicenſis. num. 42. lin. 3. lege. ob. an. 1117.

Tab. VIII. Sec. XII. num. 1. lin. 1. lege. Petrus Alfonſus. num. 65. lin. 2. lege. vix. uſque ad an. 1171.

Tab. IX. num. 83. lin. 2. lege. Pariſienſis. Sec. XIII. num. 12. lin. 1. lege Willibrandus ab Oldenburg. num. 26. lin. 3. lege Urſpergenſis. num. 72. lege 62.

Tab. X. Sec. XIV. num. 73. lin. 2. lege. Monachus. num. 78. 79. lege. Joannes. num. 79. lege Wicklef. num. 82. lin. 1. lege 81. Gualterus.

Tab. XI. Sec. XV. num. 17. lin. 1. lege Petrus de Alliaco. num. 36. lin. 2. lege Florentinus.

Tab. XII. Sec. XVI. n. 20. l. 2. lege. Senonenſis.

Errata ſecundæ partis L. B. corrige, quia relegere & denuò nomina omnia omnesque numeros cum parte primâ conferre non licuit. Noveris tamen in parte ſecunda hæc Impp. nomina omiſſa eſſe: IX. 5. Ludovicus Pius Imp. X. 16. Otho I. Imp. XII. 48. Friedericus I. Imp. & XVI. 28. Carolus V. Imp.

FINIS.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn769151086/phys_0048
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn769151086/phys_0049
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn769151086/phys_0050
DFG

s, & *Petrus Cluniacensis* abbas æqualis Bernhardi & s de sancto Victore, scribunt. a. 1145. *Otthо Frisin-*tribit. a. 1177. *Theorianus*, *Hugo Etherianus*, *Arnol-notensis*, *Johannes Saresberiensis*, & *Gulielmus Tyrius*, t. a. 1190 *Gothefridus Viterbiensis*, *Theodorus Balsa-*riarcha Antiochenus, & *Joachimus* abbas scribunt. *Innocentius III.* Papa scribit. Ejus opera duobus to-tinentur. a. 1215. *Conradus Urspergensis* abbas scri-. 1220. *Antonius de Paduâ* claret. a. 1240. *Jacobus à* episcopus Tusculanus, scribit. a. 1245. *Hugo de* scribit brevia commentaria in universa Biblia: item dantias Biblicas. a. 1265. *Robertus Sorbona*, author Sorbornæ apud Parisienses, scribit: item *Thomas atensis*. a. 1290. *Raimundus Lullius* varia scribit in phiâ & Theologiâ. a. 1305. *Nicephorus Callistus* item *Idiota*, qui nomine proprio suppresso edidit uinque Contemplationum, regulas 12. vitæ Chri-& quædam alia. a. 1320. *Nicolaus Lyranus*, aliâs , ex judaismo conversus ad fidem Christianam, & minorum assumto, scripsit, Postilla sive com-ium in universa Biblia. a. 1330. *Guido Carmelita* de omnibus hæresibus: *Petrus Bertrandus* de jurisdi-ecclesiastica: *Astesanus Astensis*, summam casuum ntiæ: *Landulphus Carthusianus*, commentarium in s, & historiam vitæ Jesu Christi. a. 1340. *Simon de* & *Nicolaus Cabasila* archiepiscopus Thessalonicensis *chardus Radulphus*, Armachanus Ar-a. 1360. & 1370. *Franciscus Petrar-rus* scribunt. *Johannes Wiclef* docet *Johannes Rusbrochius* scribit. a. 1410. oret. a. 1414. *Johan. Huss*, & *Hiero-*. a. 1430. *Paulus Burgensis*, ex ju-scopus, scribit additiones ad Postil-. *Bernhardus Senensis* scribit varias ho-*hannes de Capistrano*, *Alphonsus Tosta-tinus* scribunt. a. 1450. *Æneas Syl-*us II, scribit. a. 1460. *Laurentius Ju-*iarcha Venetus, scribit: item *Bessarion Scholarius*, *Georgius Protosyncellus*; item *s & Thomas de Kempis*, uterque Bel-udiosus. a. 1480. *Ambrosius Camal-*nachus, *Angelus Clavasius* (author cientiæ, quæ dicitur angelica (*Bapti-*or summæ casuum conscientiæ, quæ *n. Picus*, & *Marsilius Ficinus*, scribunt.

xcellentiam vocantur, dividuntur in dines, ita ut quilibet ferè ordo trecen-mplectatur annos. Prima classis Pa Nicenum. a. 60. n. 1. *Dionysius A-*lus apostoli Pauli *Act.* 17. a. 70. n. 2. pa & martyr sub Trajano. a. 71. n it episcopus Antiochenus, tertius post a. 71. n. 4. *Polycarpus*, episcopus & Ignatii, & supervixit usque ad impe-a. 72. n. 5 *Hermes*, quem Paulus salu-. n. 6. *Justinus Martyr & Philosophus* scri-Christianis an. 150. à nativitate Chri-*henagoras*, æqualis Justini fuit, & insi-giam pro Christianis scripsit, quæ unà ctione extat. a. 170. n. 8. *Theophilus* nus, sextus à S. Petro. a. 170 n. 9 litor, post martyrium Justini defecit à resiarcha. a. 180. n. 10. *Irenæus* scri-duntaxat quinque libri ad nos perve-11. *Tertullianus*, tertius scriptor Lati-m & Victorem, fuit presbyter Cartha-dentissimi zeli; deinde in Montani hæ-resin

resin prolapsus strinxit calamum adversus orthodoxos. a. 204. n. 12. *Clemens Alexandrinus*, presbyter ecclesiæ istius loci, fuit Pantæni martyris discipulis, & Origenis præceptor. a. 226. n. 13. *Origenes Adamantius*, deceptus ex Platonis philosophiâ, in multos incidit errores. a. 233. n. 14. *Gregorius Neocæsarienſis* episcopus, fuit auditor Origenis, & à magnitudine miraculorum appellatur Thaumaturgus. a. 240. n. 15. *Cæcilius Cyprianus*, ex mago episcopus Carthaginensis, diligentissimè legit Tertullianum. a. 285. n. 16. *Arnobius*, factus ex pagano Christianus, scripsit contra Porphyrium, & contra gentes. a 290. n. 17. *Lactantius Firmianus*, Arnobii auditor, pervenit in senectute ad principatum Constantini Magni. Secunda classis Patrum à Concilio Niceno usque ad Phocam Imp. In *secundo ordine* sunt Patres XX. qui claruèrunt à Concilio Niceno id est, ab anno 326. usque ad an. 602. quo Phocas cœpit imperare, vel, si malis, ad an. 681. quo celebrata fuit sexta & ultima synodus œcumenica, nempe Constantinopolitana III. Series talis est. a. 326. n. 1. *Athanasius*, episcopus Alexandrinus, multifariam fuit exercitus ab Arii sectatoribus. a. 340. n. 2. *Macarius*, cognomento Senior, scripsit homilias LII. a 355 n. 3. *Hilarius* Pictavorum in Galliâ episcopus, fuit Athanasii æqualis. a. 365. n. 4 *Optatus Milevitanus*, episcopus ejus loci in Africâ, floruit. a. 370. n. 5. *Basilius Magnus*, archiepiscopus Cæsarienſis in Cappadocia, floruit sub Valente. a. 370 n. 6. *Gregorius Nazianzenus*, episcopus ejus loci, cognomento Theologus, fuit æqualis Basilii & studiorum comes. a. 370. n. 7 *Epiphanius*, Salamine Cypri episcopus, floruit sub Valente, Gratiano & Theodosio. a. 374. n. 8. *Ambrosius*, episcopus Mediolanensis, Gratiano & Theodosio imperantibus floruit. a. 380. n. 9. *Gregorius Nyssenus*, episcopus ejus loci uxoratus, fuit frater Basilii, interfuit Concilio Constantinopolitano primo, & scripsit symbolum in eâ synodo editum. a. 385. *Hieronymus*, Stridonensis episcopus, floruit anno 14. Theodosii, ut ipse de se testatur. a. 390. n. 11. *Aurelius Prudentius*, poëta, floruit sub Theodosio seniore & filiis ejus. a. 398 n. 12. *Johannes Chrysostomus*, primò versatus in foro, postea factus monachus, tum presbyter Antiochenus, denique episcopus Constantinopolitanus, non sine causâ vocatur Demosthenes Christianorum. a. 420. n. 13. *Augustinus*, episcopus Hipponensis in Africâ, fortissimè pugnavit contra Manichæos, Donatistas, Anthropomorphitas, Helvidianos, & Pelagium. a. 430. n. 14 *Cyrillus*, episcopus Alexandrinus, imperante Theodosio juniore præfuit concilio Ephesino coacto contra Nestorium. a. 430. n. 15. *Theodoretus*, episcopus Cyri, fuit æqualis Cyrilli, & aliquando etiâ adversarius, utpote Nestorianus: sed resipuit. a. 440. n. 16. *Leo Magnus*, Papa, scripsit homilias & epistolas. a. 445. n. 17. *Prosper Aquitanus*, episcopus Rhegiensis in Galliâ, scripsit chronologica & theologica, in quibus etiam sunt quædam carmina. a 495. *Vigilius* scripsit libros valde eruditos contra Nestorium & Eutychen. a. 500. n. 19. *Fulgentius Carthaginensis*, fuit episcopus Ruspensis. a. 596. n. 20. *Isidorus Junior*, episcopus Hispalensis, scripsit philologica, historica & Theologica. Tertia classis Patrum à Concilio Constantinopolitano III. usque ad Scholasticos. *In tertio ordine* sunt Patres VII. qui, exceptis duobus ultimis, floruerunt inde ab an. 681. usque ad an. 1050. quo Scholastici cœperunt. a. 700. n. 1. *Beda Venerabilis*, presbyter in Anglia, scripsit multa, quæ octo tomis comprehenduntur. a. 731. n. 2. *Johannes Damascenus*, æqualis fuit Bedæ, & ut hic occidentem, ita ille orientem illustravit. a. 830. n. 3. *Rabanus Maurus*, abbas Fuldensis, & postea episcopus Moguntinus, multa scripsit prosâ & versu. a. 850. n. 4. *Haymo*, episcopus Halberstadensis, fuit Bedæ consanguineus & Alcuini discipulus. a. 880. n. 5. *Theophylactus*, archiepisco-

the scale towards document
Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No. 094
Patch Reference numbers on UT1
Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn769151086/phys_0051
DFG